AUREA BULLA CAROLI IV. ROMANORUM IMPERATORIS.

Iuxta Exemplar Moguntinum Novissimum:

Cum NOTIS

GEORGII THEODORI Dietrichs. D.

Sereniss. Principi, Dn. GEORGIO Hassiæ Landgravio, &c. à Consiliis.

Ubi multa juris publici Capita accuratè exhibentur.

Adjectus in fine est ÆNEÆ SYLVII de Ortu & Authoritate Rom. Imperii Libellus.

M. DC. LVIII.




Cum Serenissimor. Electorum Bavariæ & Saxoniæ Vicariorum Imperii Privilegiis.

FRANCOFURTI,

Sumpt. JOH. WILH. AMMONII & WILH. SERLINI.

Typis ÆGIDII VOGEL[illegible]





ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO,

DN. JOAN-CHRISTIANO L. BARONI DE BOINEBVRG,

Equiti. Eminentissimi Electoris Moguntini Consiliario Intimo ac Summo Marefchallo.

Quem tibi libellum, Illustris Domine, anteà [illegible] mea dicavit, eum nunc manus, mentis ministra, exhibet. Inscribendi non una est mecum ratio quæ movet. Ab eo enim tempore, quo primùm mihi honor obtigit illustri tua Conversatione uti frui, cœpi statim admirari singulares illas virtutes ac excelsæ animi dotes, quibus Divinum Numen TE beavit uberrimè. Fore prævidi, ut in summo loco aliquando nomen Tuum tuearis magno Reipublicæ bono. Maximè verò felicem deprædico Hassiam nostram, quæ TE tam generosum ac prænobile produxit germen, cujus operâ ac industriâ Imperator, Electores ac Principes multi quàm felicissimè hactenus fuêre usi, & utentur porrò. Inter reliqvas Hassiacæ nobilitatis familias, majorum imaginibus adeò præfulget familia Boineburgica, quæ non semel produxit viros, lingua & armis undiq; claros. Uno nunc exemplo ero contentus. Superiori se-

culo ſub Carolo V. ſtrenui Ducis officium geſſerunt Conradus & Wendelinus, fratres Bemmelburgici, ab Imperatore Carolo Baronatus quondam dignitate inſigniti, ob res non ſolùm in expugnatione urbis Romæ, ſed & alibi in Neapolitanico bello feliciter dextreq; geſtas, quorum progenies hodiènum in Svevia viget. Quid ego de Tuis virtutibus dicerem **Domine**? Antecellere non immeritò videris Avorum facinoribus tàm pace quàm bello patratis: atq; hoc ipſo teſtatum facis, majus togatis Boineburgijs poſitum eſſe virtutis atq; honoris theatrum. Non excurram ego in Virtutum Tuarum encomia, quæ tantæ ſunt, ut laudes meas vix admittant. Apud Magnates Viros ſatis ſe ipſam commendat Virtus Tua, & quoquò ſe exerit, undiq; ſanè te monſtras eſſe incomparabilem, & majoribus adhuc reſervari trophæis. Simul ac Glorioſiſſimo Regi Ferdinando IV. Ratisbonæ innotuerat Virtutum Tuarum ſplendor, dignum inter quatuordecim Comites, Barones & Nobiles diverſarum Nationum TE Hallum judicavit Majeſtas, ut præter excelſam, quà polles, Baronalem dignitatem, Caroli Magni gladio ex more Imperatorum recepto, Equeſtris dignitatis ac ordinis privilegiis ornareris ſumma cum ſolennitate, quem tuum honorem meritò in literas nuper retulit Bucelinus. Quodq; inſuper maximum Virtutum & Honorum augmentum eſt, non ſoles ex faſtigio Tuo Mareſchallatus, quo apud Eminentiſſimum Electorem clues, literarium noſtrum ordinem deſpicere, ſed literatos ac Virtutis amantes magnifacere pergis, ut neminem literatiorem vel in Germania, Gallia, Italia & Hiſpania, aut ipſis deniq; oris Septentrionalibus reperire liceat, cui non innotuerit excelſus Nominis ſplendor, Famæq; Tuæ perenne decus. Me inter omnes minimum quod attinet, ſingulari quadam affectione & benevolentia me aliquoties & non ita pridem es amplexus, ſed quæ per morbi diuturnioris, ex multis itineribus contracti, moleſtum impedimentum, non tam ſuſflaminata primum, quàm intercepta deniq; eſt: Proin gratitudinis eſſe judicavi, ſi oblatione chartacei alicujus muneris (aliud enim non admittit vel Virtus Tua, vel mea conditio) me ſiſterem TIBI, Juris & Imperij Germanici Status callentiſſimo. Hoc Nomen Tuum erit mihi tuto præſidio adverſus Zoilorum & invidorum malevolorumq; turbam inſolentem, quam una mecum contemnere ſoles. Hac fiducia ſe ſiſtit TIBI ſubceſivus ille meus labor **in Auream Bullam**, ut exactum judicij tui imploret examen. Audeo rogare, ut hoc meum ſcriptum non graveris legere, inſuperq; petere, ut ſi ſagaciſſimo judicio arrideat locum dare digneris inter illuſtrem Bibliothecam

Tuam.

Tuam, vel si infimo etiam sit loco, in quo si ea gratiâ reponetur, quanto nunc à me animi studio offertur, excitabor ad ulteriora. Vale, Generosissime Domine, & me favoris tui ulnis amplecti perge. Ex Museo Gissæ. d. 25. Januar. 1658.

Illustr. Generos. T.

sedulo colens

Georg. Th. Dietterich. D.

)( )(BENE-

BENEVOLE LECTOR

MEmini ante biennium prami [illegible] at [illegible] at cessim [illegible] dem liberaſſem meam. Sed diuturnam [illegible] qui cum valetudine fortunam tantum non dejeciſſe videbatur meam [illegible] mere [illegible] omnis negocij, ſtudij ac laboris ſuſpendi: Nunc Deo [illegible] integrum reſtitutus ſolvere debitum, [illegible] me liberare [illegible]. Visu[illegible] Notas ſcribere, non Librum. & eo quidem conſilio ac fine, ut [illegible] Juris publici [illegible] res ex ipſo fonte de obveniente quæſtione ac materia judicare [illegible] oris ſunt judicij, & rebus gerendis jam adhibentur, in tab[illegible] qua[illegible] primas [illegible] obtutu haberent, unde ulteriùs inquirendi poſſent capere an[illegible]. Fate[illegible] bibliſſimas hic ſæpe decidi juris publici quæſtiones, ſtylo perbrevi, [illegible] ut [illegible] non contemnendo. Tantò periculoſius autem de rebus [illegible] ſe[illegible] cum intelligis, ſi cogitaveris, agi de rebus ac cauſis Imperij & [illegible] gnatum, quorum [illegible] ditio ac poteſtas adeò ſublimis & excelſæ conditionis eſt, ut excedant longe priv[illegible] tramites: Sed ego officii mei memor, ad regulas veritatis ac patriarum [illegible] nam cunſta libra[illegible] pro ingenioli modulo, & ubi ab aliis oc[illegible] dum [illegible] debis ex cauſa juſta, & citra omnem nominis aut honoris præjudicium [illegible] didici, de aliis ſentire magnificè, de me loqui modeſte. Quod [illegible] a- [illegible] citurū autem confido) Deo agam gratias, nec dubitabo [illegible] a- ceant doctiorum palato, de his placide ac amice acturos mecum [illegible] ſimul [illegible] ores [illegible] acio, mutat[illegible] me ſententiam, ubi veri[illegible] re aliquo convictus. Ne[illegible] enim qui veritati ce[illegible] ſuccumbit [illegible] vincit, glorioſiſſimus evadit victor, & victoria potitur. P[illegible] ſcriptam in præjudicium Imperat[illegible], E[illegible] Principum, [illegible] un- q[illegible] ſtatus aut ordin[illegible] Vale, Amice L[illegible] am ac [illegible] largitus fuerit, ubertiora ſuo tempore à me expecta aut meliora.

NOBI-

BULLA AUREA CAROLI QUARTI Romanorum Imperatoris, & Regis Bohemiæ, &c.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

CAROLUS QUARTUS, divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Omne Regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur: Nam Principes ejus facti ſunt ſocii furum, ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie, ſicut in tenebris, & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut cæci ſint, & duces cæcorum: & qui ambulant in tenebris, offendunt, & cæci mente ſcelera perpetrant, quæ in diviſionem contingunt. Dic Superbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Sathana invide, quomodo Adamum de Paradiſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes? Dic Luxuria quomodo Trojam deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes? Dic

Tu quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi diviſione Pompejum & Julium ſævientibus gladiis ad inteſtina prælia concitaſſes? Tu quidem Invidia, Chriſtianum Imperium, à Deo, ad inſtar ſanctæ & individuæ Trinitatis, fide, ſpe & charitate, virtutibus Theologicis roboratum, cujus fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo Regno feliciter ſtabilitur, antiquo veneno, quod velut ſerpens, in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut concuſſis columnis, totum ædificium ruinæ ſubjiceres, tentaſti. Diviſionem inter ſeptem candelabra, lucentia in unitate Spiritus ſeptiformis, quibus ſacrum illuminari debet Imperium, multoties poſuiſti. Sanè cum ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur, futuris diviſionum, & diſſenſionum periculis inter Electores ipſos, de quorum numero, ut Rex Bohemiæ, eſſe dignoſcimur, ratione duplici, tàm ex Imperio, quàm Electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur: Infraſcriptas Leges, ad unitatem inter Electores fovendam, & Electionem unanimem inducendam, ac deteſtandæ diviſioni prædictæ, variiſque periculis ex ea ſequentibus, aditum præcludendum, in ſolenni Curia noſtra Nurenberg. aſſidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum, multitudine numeroſa, in ſolio Majeſtatis Cæſareæ Imperialis Infulis, Inſignis, & Diademate decorati, matura deliberatione prævia, de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas, ſub anno Domini, milleſimo,

tre-

trecentesimo, quinquagesimo sexto, nona Indictione, quarto Idus Jan. Regnorum nostrorum anno decimo, Imperii verò secundo.

Qualis esse debeat conductus Electorum, & à quibus

Tit. I.

Decernimus, & præsenti Edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, ex certa scientia, & de Imperialis potestatis plenitudine, ut quotiescunque & quandocunque futuris temporibus necessitas, sive casus Electionis Regis Rom. in Imperátorem promovendi emerserit; & Principes Electores ad Electionem hujusmodi, juxta antiquam & laudabilem consuetudinem, habuerint proficisci, unusquisque Princeps Elector, si, & quando super hoc fuerit requisitus, quoslibet Principes Electores suos, vel ipsorum Nuncios, quos ad Electionem ipsam transmiserint, per terras, territoria & loca sua, & etiam ultra, sicut longius poterit, conducere teneatur, & eis absque dolo præstare conductum, versus Civitatem, in qua talis Electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo, sub pœna perjurii, ac perditionis, pro illa duntaxat vice, suæ vocis, quam in Electione hujusmodi fuerat habiturus. Quas quidem pœnas eos, vel eum, qui in præstando memorato conductu rebelles, seu rebellem, negligentes vel negligentem se præbuerint, eo ipso decernimus incidisse.

Sta-

Statuimus insuper & mandamus universis aliis Principibus, Feuda à Sacro Imperio Romano tenentibus, quocunque nomine censeantur, nec non Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus, & Innobilibus, Civibus, & Communitatibus Castrorum, Civitatum, & Locorum Sacri Imperii universis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romanorum, in Imperatorem promovendi, Electio celebranda occurrerit, unumquemque Principem Electorem, ab ipsis vel eorum aliquo, conductum hujusmodi postulantem, vel ejusdem Nuntios, quos ad Electionem ipsam direxerit (ut præfertur) per territoria sua, & aliàs quanto potuit remotiùs, absque dolo, modò præcedenti conducant. Si qui verò huic nostræ Constitutioni contraire præsumpserint, subscriptas ipso facto pœnas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, ac universi contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quæ à Sacro Rom. Imp. & à quibuscunque aliis obtinent, & etiam omnium possessionum suarum, à quocunque habitarum subeant. Omnes quoque Cives, & Communitates, contra præmissa facere præsumentes, similiter sint perjuri, & nihilominus universis suis juribus, libertatibus, privilegiis, & gratiis, à Sacro obtentis Imperio, sint omnino privati, & cum personis; ac bonis suis omnibus, Bannum, proscriptionemque Imperialem incidant, atque eosdem ipso facto ex nunc, prout ex tunc, jure privamus, deinceps cujuslibet hominum authoritate propria, & sine judicio, seu invocatione Magistratus cujuslibet impunè licebit invade-

vadere, nullamque pœnam propter hoc invadens ipsos debebit ab Imperio, seu quovis alio formidare, præsertim, cum contra Rempublicam, & sacri Imperii statum & dignitatem, ac etiam contra honorem proprium & salutem, tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes & perfidi, infideliter & perversè agere convincantur.

Decernentes insuper & mandantes, ut omnium Civitatum Cives, & Communitates, jam dictis Principibus Electoribus, & eorum cuilibet hoc poscenti, eorumq; Nuntiis, victualia in communi precio, atque cursu, pro suis, seu Nuntiorum prædictorum, hominumque suorum necessitatibus, dum ad prædictam Civitatem, causâ celebrandæ Electionis prædictæ accesserint, & etiam dum discesserint ab eadem, vendere, seu vendifacere, teneantur, nullam in præmissis fraudem quomodolibet adhibendo. Alioquin contrarium facientes, pœnas illas volumus ipso facto incurrere, quas in præcedentibus contra Cives & Communitates duximus promulgandas.

Quisquis insuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus, seu Ignobilibus, Civibus, seu Communitatibus Civitatum, Principi Electori ad Electionem de Rege Romanorum celebrandam eunti, vel ab ipsa denuò redeunti, hostiles custodias tendere, seu insidias parare præsumserit, aut ipsos, vel eorum aliquem, in suâ, vel suorum personis, aut rebus, invadere, vel turbare, seu ipsorum, vel alicujus eorum Nuntios ante dictos, sive conductum petierint, sive etiam non duxerint exigen-

dum, hunc unà cum univerſis malitiæ ſuæ complicibus, ipſo facto ſupradictas pœnas decernimus incurriſſe: Ita videlicet, quod quævis Perſona pœnam incidat, ſive pœnas, quas juxta præmiſſa, pro qualitate perſonarum, duximus infligendas.

Si verò aliquis Princeps Elector cum aliquo ſuo Coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunq́; contentio, controverſia ſeu diſſenſio verteretur, his nequaquam obſtantibus, alter alterum, vel alterius nuncios, ad Electionem hujuſmodi deſtinandos, præmiſſo modo conducere ſit aſtrictus, ſub pœna perjurii ac perditionis, ea vice duntaxat, ſuæ vocis in Electione, ut ſuperius eſt expreſſum.

Si qui verò alii Principes, Comites, Barones, Milites, Clientes, Nobiles, & Ignobiles, Cives, vel Communia Civitatum, cum aliquo Principe Electore, vel pluribus ex eiſdem, adverſam gererent voluntatem, ſeu quævis diſcordia inter ipſos adinvicem, vel guerra, ſive diſſenſio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo ceſſantibus, Principi Electori, vel Principibus, ſeu ejus, vel ipſorum nunciis, ad Electionem hujuſmodi deſtinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præſtare conductum, prout ſinguli pœnas jam dictas per nos, videlicet inflictas, voluerint evitare: quas eos, qui ſecus fecerint, incurriſſe decernimus eo ipſo.

Ad præmiſſorum autem omnium firmitatem & certitudinem ampliorem, jubemus, & volumus, ut univerſi Principes Electores, & cæteri Principes, necnon Comites, Barones, Nobiles, Civitates, ſeu ipſarum Communitates, præ-

præmissa omnia literis, & juramentis suis firmare, & ab ea bona fide, ac sine dolo implenda, efficaciter se debeant obligare.

Quicunque verò literas hujusmodi dare renuerit, pœnas illas ipso facto incidat, quas pro personarum conditione per præmissa, singulis diximus infligendas.

Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps, cujuscunque conditionis, aut status, feudum vel feuda à Sacro tenens Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, seu successores talium, vel hæredes, supra & infra scriptas Imperiales nostras Constitutiones, & Leges adimplere noluerint, aut eis contraire præsumpserint, & si talis Princeps Elector extiterit, extunc cæteri sui Coëlectores à suo ipsum deinceps excludant consortio, ipseque voce Electionis, & aliorum Principum Electorum loco, dignitate careat atque Jure, nec investiatur de feudis, quæ à Sacro Imperio nixus fuerit obtinere: Alius verò Princeps, aut vir nobilis, ut præfertur, in has nostras leges committens, similiter non investiatur de feudis, quæ à Sacro Imperio, vel aliàs obtinet à quocunque, & nihilominus in omnes pœnas præmissas, suam concernentes personam, incidat eo ipso.

Quamvis autem universos Principes, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Civitates quoque & Communitates illarum ad præstandum cuilibet Principi Electori, vel ejus Nuntiis, præfatum conductum, ut prædicitur, indistinctè velimus & decreverimus obligari: nihilominus eorum cuilibet singulares conductus, & conductores, pro Regionum, & Locorum adjacentia, cuilibet magis a-

pta

pta, duximus designandos, ut statim per sequentia plenius apparebit.

Primò namque Regem Bohemiæ, Sacri Imperii Archipincernam, conducent Archiepiscopus Moguntinensis, Bambergensis, & Herbipolensis Episcopi, Burggravii Nurenbergenses, item illi de Hohenlohe/ & Wertheim/ illi de Brauneck/& Hanaw/item Civitates Nürnberg/Rotenburg & Winßheim.

Deinde Archiepiscopum Coloniensem, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarium, conducent, & conducere tenebuntur, Moguntinus, & Trevirensis Archiepiscopi, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Hassiæ, item Catzenelnbogen/Nassau/Dietz/ Comites, item de Eisenburg/ Westerberg/Runckel/Limburg/& Falckenstein/ item, Civitates, Wetzlar/Gelnhausen/& Friedburg.

Item, Archiepiscopum Tevirensem, Sacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelatense Archicancellarium, conducent Archiepiscopus Moguntinensis, Comes Palatinus Rheni, item, de Spanheim/& Veldentz/ Comites, item, Raugraffen/ Wildgraffen/ de Nassau/ Eisenburg/ Westerburg/ Runckel/ Limburg/ Dietz/ Catzenelnbogen/ Eppstein/ Falckenstein/item Civitas Moguntia.

Deinde Comitem Palatinum Rheni, Sacri Imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepiscopus Moguntinensis.

Ducem verò Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareschallum, tenebitur conducere Rex Bohemiæ, Moguntinensis & Magdeburgensis Archiepiscopi, item Bambergensis, & Herbi-

Herbipolensis Episcopi, Marchio Misnensis, Landgravius Hassiæ item, Fuldensis & Hersfeldensis Abbates, Burggravii Nurenbergenses. Item, illi de Hohenlohe/ Wertheim/ Brunneck/ Hanaw/ Falckenstein. Item, Civitates, Erffurt/ Mulhausen/ Nurnberg/ Rotenburg/ & Windsheim: Et hi omnes proximè nominati, Marchionem Brandenburgensem, Sacri Imperii Archicamerarium, similiter conducere tenebuntur.

Volumus autem, & expressè statuimus, ut unusquisq; Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, his, à quibus ipsum postulare decreverit, hoc ipsum adeò tempestivè, viamque, qua fuerit transiturus, insinuet, & conductum hujusmodi exposcat, ut illi, qui ad conductum hujusmodi impendendum deputati, & qui fuerint requisiti, ad hoc opportunè se valeant & commodè præparare.

Præmissas verò Constitutiones, circa materiam conductus editas, ita sane debere, declaramus intelligi, ut unusquisque superiùs nominatus, vel forsan non expressus, à quo in casu præmisso conductum requiri contigerit, ad præstandum ipsum, per suas duntaxat terras, & territoria, ac etiam ultra (quando potest) remotius absque dolo, sub pœnis contentis superiùs, sit astrictus.

Præterea statuimus, & etiam ordinamus, ut Archiepiscopus Moguntinensis, qui fuerit pro tempore, singulis Principibus Coelectoribus suis, Ecclesiasticis, & Secularibus, Electionem eandem per suos Nuntios patentibus debeat literis intimare. In quibus quidem literis talis dies, & terminus exprimatur, infra quem eædem literæ ad

singu-

singulos eosdem Principes verisimiliter possint pervenire. Hujusmodi verò literæ continebunt, ut à die in literis ipsis expressa, inter tres menses continuos, omnes & singuli Principes Electores Francofurtum ad Mœnum se conferant, vel suos Legales ad eundem terminum atque locum Nuntios mittant, cum plena & omnimoda potestate, suisque patentibus literis, majori cujuslibet Sigillo eorum signatis, ad eligendum Romanorum Regem, in Cæsarem promovendum.

Qualiter autem, & sub qua forma tales literæ confici debeant, quæque in eis solennitas debeat immutabiliter observari, ac in qua forma & modo Principes Electores, Nuntios suos, ad Electionem hujusmodi destinandos, ad potestatem, mandatum seu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præsentis libri scriptum invenitur clarius & expressum, atque eandem formam illic traditam mandamus, necnon de Imperialis potestatis plenitudine usquequaque decernimus observari.

Cum autem adhuc perventum fuerit, quod de Imperatoris, vel Regis Romanorum obitu in Diœcesi Moguntinensi constiterit, extunc intra unum mensem, à die notitiæ obitus hujusmodi continuè numerandum, singulis Principibus Electoribus obitum ipsum, & intimationem, de quibus præmittitur, per Archiepiscopum Moguntinensem jubemus & decernimus suis patentibus literis declarari. Quod si idem Archiepiscopus in executione & intimatione hujusmodi negligens, aut remissus fortassis existeret, extunc iidem Principes motu proprio, etiam

non

non vocati, pro fidei suæ virtute, qua Sacrum prosequi tenentur Imperium, post hoc intra tres menses, sicut in Constitutione supra proximè posita continetur, in Civitate Francofurto sæpè dicta conveniant, electuri Regem Romanorum, in Cæsarem promovendum.

Debet autem unusquisque Princeps Elector, vel sui Nuntii, prædictam Civitatem Francofurtum, cum ducentis equitibus tantummodo, præfatæ Electionis tempore, introire, in quorum numero quinquaginta tantum armatos, vel pauciores, introducere secum poterit, sed non plures. 5

Princeps verò Elector ad Electionem hujusmodi vocatus & requisitus, nec ad ipsam veniens, vel legales Nuntios cum literis patentibus Sigillo suo majori sigillatis, plenamque & liberam, ac omnimodam potestatem continentibus, ad eligendum Romanorum Regem, futurum Imperatorem, non dirigens, aut hujusmodi Nuntios forsasse transmittens, si postea Princeps ipse aut prædicti Nuntii à prædicto Electionis loco recederent, Rege Romanorum, futuro Cæsare non electo, nec ad præmissa Procuratore legitimo substituto solenniter, & relicto, Electionis voce, seu jure, quod in eadem Electione habuit, & tali modo deseruit, careat ea vice.

Injungimus autem civibus Francofurtens. & mandamus, ut ipsi universos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum, ab invasione alterius, si quid inter eos adversitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quod ipsi & eorum quilibet in

præfato ducentorum equorum suorum numero, ad præfatam duxerint Civitatem, in virtute Juramenti, quod super hoc ipsos ad Sancta præstare statuimus, fideli studio, & solerti diligentia protegant ac defendant, alioquin perjurii reatum incurrant, & nihilominus omnia sua Jura, Libertates, Privilegia, Gratias & Indulta, quæ à Sacro obtinere noscuntur Imperio, omnino amittant. Bannum quoque Imperiale, cum personis, & bonis suis, omnibus incidant eo ipso: Et liceat ex tunc omnium hominum authoritate propria, & sine judicio Cives eosdem, quos eo casu ex nunc, prout ex tunc, omni Jure privamus, tanquam proditores, infideles & rebelles Imperii, impunè invadere, ita quod invadentes hujusmodi, pœnam quamcunque, à Sacro Imperio, vel quovis alio, nequaquam debeant formidare.

Cives insuper antedicti Francofurt. per omne tempus illud, quod super Electione sæpe dicta tractari & agi contigerit, neminem in præfatam Civitatem, cujuscunque dignitatis, conditionis, vel status existerit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant; Principibus Electoribus vel eorum Nuntiis vel Procuratoribus antedictis, duntaxat exceptis; quorum quilibet cum ducentis equis debebit, ut prædicitur, intromitti. Si verò post ipsorum Principum Electorum introitum, seu in ipsorum præsentia, in præfata Civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum Cives ipsi debebunt, absque mora & cum effectu, protinus ordinare, sub omnibus pœnis, contra ipsos superiùs promulgatis, & etiam in virtute Juramenti, quod Cives ipsi Francofurtenses super eo, virtute præsentis Constitutionis, præstare

ſtare debebunt ad Sancta, ut in præcedentibus eſt expreſſum.

De Electione Regis Romanorum.

Tit. II.

POſtquam autem ſæpè dicti Electores, ſeu Nuntii Civitatem Francofurt. ingreſſi fuerint, ſtatim ſequenti die diluculo, in Eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli ibidem, in omni ipſorum præſentia, Miſſam de Sancto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipſe Sanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo ſuffulti præſidio hominem juſtum, bonum, & utilem eligere valeant, in Regem Roman. futurumque Cæſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani. Peracta quoque Miſſa hujuſmodi, omnes illi Electores, ſeu Nuntii accedant ad Altare, in quo Miſſa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Eccleſiaſtici, coram Evangelio beati Johannis (In principio erat verbum) quod illic ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reverentia ſupponant. Seculares verò Principes Electores, dictum Evangelium corporaliter manibus ſuis tangant, qui omnes cum tota ſua familia tunc ibi debebunt inermes aſſiſtere. Et Archiepiſcopus Moguntinenſis formam juramenti eis dabit, & unà cum ipſis, & ipſi, vel abſentium Nuntii unà cum eo Juramentum præſtabunt, vulgariter in hunc modum:

Ego N. Archiepiscopus Moguntinensis, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector, Iuro ad sancta Dei Evangelia, hic praesentialiter coram me posita, quod ego per fidem, qua Deo, & Sacro Romano Imperio sum astrictus, secundum omnem discretionem, & intellectum meum, cum Dei adjutorio, eligere volo temporale Caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum, in Caesarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio, & sensus mei me dirigunt, & secundùm fidem praedictam, vocemque meam, & votum, sive Electionem praefatam, dabo absque omni pacto, stipendio, precio, seu promisso, vel quocunque modo talia valeant appellari, sic me Deus adjuvet & omnes Sancti.

Præſtito denique per Electores, ſeu Nuntios, in forma & modo prædictis, hujuſmodi Juramento, ad Electionem procedant, nec extunc de jam dicta Civitate Francofurt. ſeparentur, niſi prius major pars ipſorum temporale caput mundo elegerit, ſeu populo Chriſtiano, Regem videlicet Romanorum, in Cæſarem promovendum.

Quod ſi facere diſtulerint intra triginta dies, à die præſtiti Juramenti præfati continuò numerandos, ex tunc transactis eiſdem triginta diebus, amodo panem manducent, & aquam bibant, & nullatenus Civitate exeant antedictæ, niſi prius per ipſos, vel majorem partem ipſorum, Rector, ſeu temporale Caput fidelium, electum fuerit, ut præfertur.

Poſtquam autem in eodem loco, ipſi vel pars eorum major numero elegerit, talis Electio perinde haberi & reputari debebit, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante, concorditer celebrata. Siqueper tempus aliquod

[illegible]

morari, abesse & tardare contingeret aliquem de Electoribus seu Nuntiis antedictis, dum tamen veniret, antequam prædicta esset Electio celebrata, hunc ad Electionem ipsam in eo statu admitti decernimus, in quo ipse adventus sui tempore consistebat.

Et quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine inconvulsè, quod subscribitur, semper extitit hactenus observatum: Ideoque & nos constituimus, & de Imperiali decernimus plenitudine potestatis, quod is, qui modo præmisso in Regem Romanorum electus fuerit, peracta statim electione hujusmodi priusquam in aliquibus causis aliis, sive negotiis, virtute Sac. Imperii administret, universis & singulis Principibus Electoribus Ecclesiasticis, & Secularibus, qui propinquiora Sac. Imperii membra esse noscuntur, omnia ipsorum Privilegia, Literas, Jura, Libertates, Concessiones, antiquas Consuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio usque in diem Electionis suæ obtinuerunt, & possiderunt, absque dilatione & contradictione confirmare, & approbare debeat, per suas literas & sigilla, ipsisque præmissa omnia innovare, postquam Imperialibus Infulis fuerit coronatus.

Confirmationem autem hujusmodi electus ipse, cuilibet Principi Electori in specie, primò suo Regali nomine faciet, deinde sub Imperiali titulo innovabit, & in his ipsos Principes omnes in genere, & quemlibet eorum in specie, nullatenus impedire, sed potius absque dolo gratiosè tenebitur promovere.

In casu denique, quo tres Principes Electores præsen-

tes seu absentium Nuntii, quartum ex se, seu ipsorum consortio, videlicet, Principem Electorem, præsentem, vel absentem, in Regem Romanorum elegerint, vocem illius electi, si præsens fuerit, aut Nuntiorum ipsius, si eum abesse contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemque majorem decernimus constituere, ad instar cæterorum Principum Electorum.

De Sessione Moguntinensis, Coloniensis & Trevirensis Archiepiscoporum.

Tit. III.

In nomine sanctæ & inconvulsæ Trinitatis feliciter, Amen.

CAROLUS QUARTUS, divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Decor & gloria Sacrosancti Romani Imperii, & honor Cæsareus, & Reipublicæ grata compendia, venerabilium, & illustrium Principum Electorum concordi voluntate foventur, qui velut columnæ proceres Sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant, quorum præsidio dextra Imperialis potentiæ roboratur. Et quanto mutui favoris ampliori benignitate stringuntur, tanto uberioris pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Chri-

ſtiano. Ut igitur venerabiles, Moguntinenſem, Colonienſem, nec non Trevirenſem, Archiepiſcopos, Sacri Imperii Principes Electores, omnium litium & ſuſpectuum, quæ & qui de prioritate, ſeu dignitate Seſſionum ſuarum, in Curiis Imperialibus & Regalibus ſuboriri valerent, inpoſterum perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipſi in cordis & animorum quieta conditione manentes, & de opportunitatibus Sacri Imperii, concordi favore, & virtuoſæ dilectionis ſtudio, convenientiùs meditari valeant, pro conſolatione populi Chriſtiani: habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm Secularibus, & de ipſorum conſilio decernimus, & Imperatoriæ poteſtatis plenitudine, hac edictali lege perpetuò valiturâ ſancimus, quod ſupradicti venerabiles Archiepiſcopi, Trevirenſis videlicet ex oppoſito, lineari directione verſus Imperatoris faciem: Moguntinenſis verò in ſuis, Diœceſi & Provincia, & extra Provinciam ſuam, in toto Archicancellariatu ſuo Germanico, Provincia Colonienſi duntaxat excepta: & demum Colonienſis in ſuis Diœceſi & Provincia, & extra Provinciam ſuam, in tota Italia, & Gallia, in dextro latere Rom. Cæſaris ſedere poſſint, valeant, & debeant, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta, Judiciis, Collationibus feudorum, & in refectionibus Menſarum, ac etiam in Conſiliis, & omnibus aliis agendis, propter quæ contingit, ſeu continget, eos pro honore, ſeu utilitate Imperiali tractandis, mutuo convenire. Et hunc modum Seſſionis ſub omni eo ordine, ſicut expreſſatur ſuperiùs, ad prædictorum, Colonienſis, Trevirenſis, & Mo-

guntinensis Archiepiscoporum successores perpetuò extendi volumus, ut nullo unquam tempore super his quævis dubietas generetur.

De Principibus Electoribus in Communi.

Tit. IV.

STatuimus insuper, ut quotiescunque Imperialem Curiam, ex nunc, ut antea celebrari contigerit, in qualibet Sessione, videlicet, tam in Consilio quàm in Mensa, & locis aliis quibuscunque, ubi Imperatorem, vel Regem Romanorum, cum Principibus Electoribus sedere continget, à dextro latere Imperatoris, vel Regis Romanorum, immediatè post Archiepiscopum Moguntinensem, vel Coloniensem, illum videlicet, quem tunc temporis pro qualitate Locorum, & varietate Provinciarum, juxta Privilegii sui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris assidere contigerit, Rex Bohemiæ, cum sit Princeps coronatus & unctus, primum, & post eum continuò Comes Palatinus Rheni, secundum sedendi loca debeant obtinere. Ad sinistram verò partem immediatè post illum, quem ex prædictis Archiepiscopis in latere sinistro sedere continget, primum locum Dux Saxoniæ, & post eum Marchio Brandenburgensis alterum obtinebit.

Cæterum quoties & quando deinceps Sacrum vacare continget Imperium, ex tunc Moguntinus Archiepisco-

pus potestatem habebit, sicut potestatem habuisse agnoscitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos suos in dicta Electione consortes, literatoriè convocandi. Quibus omnibus, seu his qui poterunt & voluerunt interesse, in Electionis termino invicem congregatis, dictus Archiepiscopus Moguntin. & non alius, eorundem Electorum suorum vota singulariter habebit inquirere, ordine subsequenti.

Primò quidem interrogabit à Trevirense Archiepiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut invenimus hactenus competiisse.

Secundò à Coloniense Archiepiscopo, cui competit dignitas, necnon officium, Romanorum Regi primum Diadema Regium imponendi.

Tertiò à Rege Bohemiæ, qui inter Electores laicos, ex Regiæ dignitatis fastigio, jure & merito obtinet primatiam.

Quartò à Comite Palatino Rheni.

Quintò à Duce Saxoniæ.

Sextò à Marchione Brandenburgensi.

Horum omnium vota, præmisso jam ordine, dictus Archiepiscopus Moguntinensis perquiret, quo facto, dicti Principes sui consortes ipsum vice versa requirent, ut & ipse intentionem suam exprimat, & ipsis aperiat votum suum.

Præterea in celebratione Imperialis Curiæ, Marchio Brandenburg. aquam lavandis Imperatoris vel Regis Romanorum manibus ministrabit. Primum verò potum

Rex Bohemiæ, quem tamen sub Regali Corona, juxta privilegiorum suorum continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur ministrare. Comes etiam Palatinus cibum afferre tenebitur, & Dux Saxoniæ Mareschallatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo.

De Iure Comitis Palatini Rheni, & Ducis Saxoniæ.

Tit. V.

QUoties insuper, ut præmittitur, sacrum vacare continget Imperium, illustris Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum, in partibus Rheni & Sueviæ, & in Jure Franconico, ratione Principatus seu Comitatus Palatini privilegii, esse debet provisor Imperii, cum potestate judicia exercendi, ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus & proventus, & investiendi de feudis, Juramenta fidelitatis, vice & nomine sacri Imperii, recipiendi, quæ tamen per Regem Romanorum postea electum, suo tempore omnia innovari, & de novo sibi juramenta ipsa præstari debebunt, feudis Principum duntaxat exceptis, & aliis, quæ Fahnlehen vulgariter appellantur, quorum investituram & collationem soli Imperatori, vel Regi Romanorum specialiter reservamus; Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis, seu obligationis rerum Imperialium, hujusmodi provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum. Et eodem jure pro-

re provisionis, Illustrem Ducem Saxoniæ, sacri Imperii Archimareschallum, frui volumus in illis locis, ubi Saxonica jura servantur, sub omnibus modis & conditionibus, sicut prius est expressum. Et quamvis Imperator sive Rex Romanorum, super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, sicut ex consuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, sacri Imperii Archidapifero, Electore Principe respondere: illud tamen judicium Comes ipse Palatinus non alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator, seu Romanorum Rex præsens extiterit, poterit exercere.

De Comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes.

Tit. VI.

DEcernimus, ut in celebratione Imperialis Curiæ, quotiescunque illam Princeps perpetuò celebrare contigerit, antedicti Principes Electores, Ecclesiastici, & Seculares, juxta præscriptum ordinem atque modum à dextris, & à sinistris, immutabiliter teneant loca sua, eisque, vel eorum alicui, in quibuscunque actibus ad Curiam ipsam spectantibus, eundo, sedendo, vel stando, nullus Princeps alius cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis existat, ullatenus præferatur. Eo signanter expresso, quod nominatim, Rex Bohemiæ, in celebratione Curiarum hujusmodi, in omnibus & singulis actibus antedictis,

quemcunque Regem alium, quâcunque etiam singularis dignitatis praerogativâ fulgentem, quem quovis casu venire, vel adesse forte contigerit, immutabiliter antecedat.

De Successione Principum Electorum.

Tit. VII.

INter solicitudines illas innumeras, quibus pro felici statu sacri Imperii, cui auctore Domino feliciter praesidemus, cor nostrum quotidiè fatigatur, ad hoc praecipuè meditatio nostra dirigitur, qualiter desiderata & salubris semper unio inter sacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat, & eorum corda in sincera concordia conserventur, quorum providentiâ, suo tempore orbi fluctuanti, tantò celeriùs, tantoque faciliùs subvenitur, quantò inter eos nullus error surrepserit, & purior fuerit charitas custodita, obscuritate succisa, & jure cujuslibet dilucidè declarato. Sanè generaliter longè lateq; est publicum, & quasi per totum orbem notoriè manifestum, Illustres Reges Bohemiae, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniae, & Marchio Brandenb. virtute Regni & Principatuum suorum in Electione Regis Rom. in Caesarem promovendi, & caeteris Principibus Electoribus jus vocem, & locum habere, & unà cum ipsis censeri, & esse veros & legitimos Sac. Imperii Principes Electores. Ne inter eorundem Principum Secularium Electorum filios, super jure, voce, & potestate praefata, futuris tem-

temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri, futuris, auctore Deo, cupientes periculis ſalubriter obviare ſtatuimus, & Imperiali auctoritate, præſenti lege perpetuis temporibus valitura, decernimus, ut poſtquã iidem Principes Electores Seculares, & eorum quilibet eſſe deſierint, jus, vox & poteſtas Electionis hujuſmodi ad filiũ ſuum primogenitum legitimũ, laicum, illo autem non exiſtente, ad ejuſdem primogeniti primogenitum, ſimiliter laicum, & ſine contradictione cujuſpiam devolvatur. Si verò primogenitus hujuſmodi abſque hæredibus maſculinis legitimis laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis Edicti, jus, vox & poteſtas Electionis prædictæ, ad ſeniorem fratrem laicum, per veram paternam lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis & hæredibus Principum eorundem, jure voce & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſervetur: ea tamen conditione & modo, ut ſi Principem Electorem, vel ejus primogenitum, aut filium ſeniorem laicum, mori, & hæredes maſculos legitimos laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, tunc frater ſenior ejuſdem primogeniti tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus, & ſtatuimus perpetuo haberi, quam dum attigerit, jus, vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſſignare. Si verò aliquem ex hujuſ-

modi

modi Principatibus ipsorum, Imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator, seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, tanquam de re ad se, & Imperium legitimè devoluta, salvis tamen semper Privilegiis, Juribus, & Consuetudinibus Regni nostri Bohemiæ, super Electione Regis, in casu vacationis per Regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, facienda, juxta continentiam eorundem privilegiorum, & observatam consuetudinem diuturnam, à divis Romanorum Imperatoribus sive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione Imperiali, in nullo præjudicari volumus, imò ipsa decernimus, nunc & perpetuis futuris temporibus, in omni suo tenore & forma indubiam tenere robore firmitatem.

De Regis Bohemiæ, & Regnicolarum ejus immunitate.

Tit. VIII.

CUm per divos Romanorum Imperatores, & Reges, prædecessores nostros, Illustribus Bohemiæ Regibus, & prædecessoribus nostris, necnon Regno Bohemiæ, ejusdemque Regni Coronæ olim concessum, sitque in Regno eodem à tempore, cujus contrarii hodie non existit memoria, consuetudine laudabili inconvulsè servata, diuturnitate temporum, & præscripta moribus utentium, sine contradictionis, aut interruptionis obstaculo introductum,

ctum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Burgensis, Civis, nulla denique persona ejusdem Regni, & pertinentiarum ejus ubicunque consistentium, cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis existat, ad cujuscunquè actoris instantiam extra Regnum ipsum ad quodcunque tribunal, seu alterius, præterquam Regis Bohemiæ, & Judicum Regalis Curiæ suæ, judicium citari poterint, sive trahi, nec vocari debeant, perpetuis in antea temporibus, sive possint. Ideoque Privilegium, Consuetudinem & Indultum hujusmodi, auctoritate Imperiali, & de Imperialis potestatis plenitudine, ex certa scientia innovantes, & etiam confirmantes ac præsenti nostra Constitutione Imperiali, perpetuis temporibus valitura, statuimus, ut si contra Privilegium vel Indultum præfatum, quispiam prædictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Civis, Burgensis seu Rusticus, aut alia quæcunque persona præmissa, ad cujuscunque tribunal, extra Regnum prædictum Bohemiæ, in quacunque causa criminali, civili, vel mixta, seu super quocunq; negotio citatus fuerit, quocunque tempore, vel citatus comparere, vel in judicio respondere minimè teneatur. Quod si adversus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocunque judice, cujuscunque auctoritatis existat, extra Regnum ipsum Bohemiæ constituto, judicialiter procedi, processus seu sententias interlocutorias, vel definitivas, unam, vel plures, in quibuscunque prænominatis causis, sive negotiis, quovismodo fieri vel promulgari contingeret, auctoritate præmissa, de plenitudine insuper antedictæ Impe-

atoriæ poteſtatis, citationes, præcepta, proceſſus, ſeu ſententias hujuſmodi, nec non executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo ipſorum, quomodolibet ſequi, attentari poſſint vel fieri, irritamus penitus & caſſamus.

Adjicientes expreſſè, & Edicto Imperiali perpetuò valituro, eadem auctoritate, & de præmiſſæ poteſtatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto regno Bohemiæ, à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter obſervatum exiſtat, ita nulli prorſus Principi, Baroni, Nobili, Militi, Clienti, Civi, Burgenſi ſeu Ruſtico, nulli demum perſonæ, ſeu incolæ Regni Bohemiæ ſæpe dicti, cujuſcunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis, vel conditionis exiſtant, vel exiſtat, à quibuſcunque proceſſibus, ſententiis interlocutoriis, vel definitivis, ſive præceptis Regis Bohemię, aut quorumcunque ſuorum judicum, nec non executione eorundem, contra ſe in Regali judicio, ſeu coram Regis Regni, ſeu prędictorum Judicum Tribunalibus factis, latis, habitis, vel ferentis in antea, ſeu fiendis, liceat ad quodcunque aliud judicium appellare: provocationes quoque, ſeu appellationes hujuſmodi, ſi quas contra hoc interponi contingeret, eo ipſo viribus non ſubſiſtant, & appellantes ipſi pœnam perditionis cauſarum ipſo facto ſe noverint incurriſſe.

De Auri, Argenti, & aliarum ſpecierum mineris.

Tit. IX.

PRęſenti Conſtitutione, in perpetuum valitura, ſtatuimus

mus ac de certa ſcientia declaramus, quod ſucceſſores noſtri Bohemiæ Reges, nec non univerſi & ſinguli Principes Electores, Eccleſiaſtici, & Seculares, qui perpetuò fuerint in univerſi auri & argenti fodinas, atque mineras ſtanni, cupri, plumbi, ferri, & alterius cujuſcunque generis metalli ac ſalis, tam inventas, quàm etiam inveniendas impoſterum, quibuſcunque temporibus, in Regno prædicto, ac terris, & pertinentiis eidem Regno ſubjectis; nec non ſupradicti Principes in principatibus, terris, dominiis & pertinentiis ſuis, tenere juſtè poſſint, & legitimè poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, prout poſſunt, ſeu conſueverunt talia poſſideri, nec non Judæos habere, & telonia, in præterito ſtatuta & indicta, præcipere. Quodque progenitores noſtri, Reges Bohemiæ, felicis memoriæ, ipſique Principes Electores, ac progenitores, & prædeceſſores eorum legitimè potuerint, uſque ad præſens, ſicut hoc antiqua, laudabili & approbata conſuetudine diuturnique ac longiſſimi temporis curſu præſcripta, noſcitur obſervatum.

De Monetis.

Tit. X

STatuimus præterea, ut Regi Bohemiæ, ſucceſſori noſtro, qui fuerit pro tempore, ſicut conſtat, ab antiquo illuſtris memoriæ Bohemiæ Regibus, noſtris prędeceſſoribus, licuiſſe, & in poſſeſſione pacifica continua ipſos fuiſſe juris ſubſequentis, videlicet monetas Auri, & Argenti, in o-

mni loco & parte Regni sui, & subjectarum ei terrarum, & pertinentiarum omnium, ubi Rex ipse decreverit, sibique placuerit, cudi facere, & mandare; sub omni forma ac modo, atque in Regno ipso Bohemię in his ad hęc usque tempora observatis. Quodque futuris perpetuò Bohemię Regibus, ac nostra Imperiali Constitutione, & gratiâ perpetuò valituris, à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, ac aliis personis, quascunque terras, castra, possessiones, sive bona liceat emere, comparare, seu in donum vel in donationem, ex quacunque causa, aut in obligationem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prędiorum, seu bonorum, conditione consueta, ut videlicet propria recipiantur, vel comparentur ut propria libera, & ea, quę dependent in feudum, similiter emantur in feudum, seu comparata taliter teneantur, ita tamen, ut ipsi Reges Bohemię de his, quę hoc modo comparaverint, vel receperint, & Regno Bohemię duxerint applicanda, ad pristina & consueta jura de talibus sacro explenda & reddenda Imperio sint astricti.

Pręsentem nihilominus Constitutionem & gratiam, virtute pręsentis legis nostrę Imperialis, ad universos Principes Electores, tam Ecclesiasticos, quàm Seculares successores, & legitimos hęredes ipsorum plenè extendi volumus, sub modis & conditionibus, ut pręfertur.

De

De Immunitate Principum Electorum.

Tit. XI.

STatuimus etiam, ut nulli Comites, Barones, Nobiles, Feudales, Vasalli, Castrenses, Milites, Clientes, Cives, Burgenses, nullę quoque personę, Moguntinensi, Coloniensi, & Trevirensi, Ecclesiis subjecti vel subjectę, cujuscunque status, conditionis, vel dignitatis existant, ad cujuscunque actoris instantiam, extra territorium, terminos, ac limites earundem Ecclesiarum, & pertinentiarum suarum, ad quodcunque aliud tribunal, seu cujusvis alterius, prętterquam Archiepiscoporum, Moguntinensis, Coloniensis, & Trevirensis, & judicium suorum citari poterint temporibus retroactis, vel trahi, seu vocari debeant perpetuis in antea temporibus, sive possint, sicut in pręteritis invenimus temporibus observatum. Quod si contra praesens Edictum nostrum, praedictos Ecclesiarum, Moguntinensis, Coloniensis, seu Trevirensis, subditos, vel eorum aliquem, seu aliquos, ad cujuscunque instantiam, seu ad cujuscunque tribunal, pro quacunque causa criminali, civili, vel mixta, seu quocunque negotio, extra territorium, limites, seu terminos dictarum Ecclesiarum, vel alicujus earum, citari contingeret, comparere, vel respondere minimè teneantur, & citatio, processus, & sententiae interlocutoriae, vel definitivae contra non venientes, à talibus judicibus extraneis latae, vel factae, fiendae, & ferendae, nec non

præcepta, & præmiſſorum executiones, ac omnia quæ ex eis, vel aliquo eorum, quomodolibet ſequi, attentari poſſent vel fieri, irrita decernimus eo ipſo. Adjicientes expreſsè, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili, Feudali, Vaſallo, Caſtrenſi, Militi, Clienti, Civi, Ruſtico, nulli demum perſonæ Eccleſiis hujuſmodi ſubjectæ, ſeu ejus incolæ, cujuſcunq; ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtant, à proceſſibus, ſententiis interlocutoriis, & definitivis, ſive pręceptis Archiepiſcoporum, & Eccleſiarum hujuſmodi, vel ſuorum Officiatorum prędictorum judicio factis aut latis, habitis, vel ferendis in antea, ſeu fiendis, ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiſcoporum prędictorum, & ſuorum judicio querulantibus non fuerit juſtitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi ſtatuimus, caſſaſque & irritas nunciamus. In defectu verò juſtitię, prędictis omnibus ad Imperialem duntaxat Curiam & tribunal, ſeu Judicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore pręſidentis audientiam, & etiam eo caſu, non ad quemvis alium Judicem ſive ordinarium, ſive delegatum, his quibus denegata fuerit juſtitia, liceat appellare. Quidquid verò contra pręmiſſa factum fuerit, ſit irritum eo ipſo.

Eandem conſtitutionem, virtute pręſentis legis noſtrę Imperialis, ad illuſtres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxonię, & Marchionem Brandenburgenſem, Principes Electores Seculares, ſive laicos, hęredes, ſucceſſores & ſubditos eorum, pleniſſimè extendi volumus, ſub omnibus modis & conditionibus, ut pręfertur.

De Congregatione Principum Electorum.

Tit. XII.

INter illas multiplices Reipublicę curas, quibus assiduè nostra distrahitur, multa consideratione necessarium fore perspexit nostra sublimitas, ut sacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipsius imperii, orbisque salute, frequentius solito congregentur, qui solidi bases Imperii & columnę immobiles, quemadmodum per longinquas adinvicem terrarum consistunt distantias, ita de incumbentibus Regionum sibi cognitarum defectibus referre simul & conferre noverint, sanisque providentię suę consiliis non ignorant ac commodis talium reformationibus salubriter opem dare. Hinc est, quod in solemni Curia nostra Nurenberg. cum venerabilibus Ecclesiasticis & illustribus Secularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus, & Proceribus, per nostram Celsitudinem celebrata, habita cum eisdem Principibus Electoribus deliberatione, & de ipsorum consilio, pro bono & salute communi, cum dictis Principibus Electoribus, tam Ecclesiasticis, quàm Secularibus, duximus ordinandum, qui quidem Principes Electores de cætero, per singulos annos, semel transactis, à festo resurrectionis Dominicæ, quatuor septimanis, continuè connumerandis, in aliqua Civitatum sacri Imperii personaliter congregentur, & ad idem tempus

pro

proximè affuturum, seu anno præsenti, Colloquium, seu Curia, & Congregatio hujusmodi, in civitate nostra Imperiali Metensi, per nos, & eosdem Principes celebretur, ac tunc, & deinceps die quolibet congregationis hujusmodi locus, quo sequenti anno conveniant, ipsorum consilio statuatur, hac nostra ordinatione, ad nostrum ac ipsorum duntaxat beneplacitum duratura, qua durante, ipsos sub nostro Imperiali conductu recipimus ad dictam Curiam accedendo, stando, & etiam recedendo: præterea ne tractatus communis salutis & pacis, per tractum & moram solatii, seu excessivam frequentiam convivii retardetur, ut aliquando fieri est consuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps Curia, seu Congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas, particulares verò, quæ expeditionem agendorum non impediant, cum moderamine sint præmissæ.

De Revocatione Privilegiorum.

Tit. XIII.

PRæterea statuimus, & hoc Imperiali perpetuo sancimus Edicto, quod universa Privilegia & Literæ, quibuscunque personis, cujuscunque status, præeminentiæ, dignitatis, existant, seu Civitatum, Oppidorum, & quorumlibet Locorum Universitatibus, super quibuscunque juribus, gratiis, immunitatibus, consuetudinibus, seu rebus aliis,

liis, etiam proprio motu, ſeu aliàs à nobis, vel recolendæ memoriæ divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris, ſub quibuſcunque verborum tenoribus conceſſa, & conceſſæ, ſeu à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, futuris temporibus concedenda, ſeu etiam concedendæ, non debeant aut poſſint libertatibus, juriſdictionibus, juribus & honoribus, ſeu Dominiis Principum Electorum ſacri Imperii, Eccleſiaſticorum, & Secularium, aut alicujus ipſorum, in aliquo penitus derogare: etiamſi in talibus Privilegiis & Literis, quarumlibet perſonarum, cujuſcunque præeminentiæ, dignitatis, vel ſtatus extiterint, ut præfertur, ſeu Univerſitatum hujuſmodi expreſſè cautum ſit, vel fuerit in futurum, quod revocabilia, ſeu revocabiles eſſe non debeant, niſi de ipſis, & toto in eis comprehenſo tenore, in tali revocatione fieret de verbo ad verbum ſeriatim mentio ſpecialis. Hujuſmodi namque Privilegia & Literas, ſi & in quantum libertatibus, juriſdictionibus, juribus, aut honoribus ſeu dominiis, quæ ſuperiùs exprimuntur, dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipſorum, derogare vel obviare cenſentur, in aliquo, quo ad hoc revocamus ex certa ſcientia, & caſſamus, revocataque & revocatas intelligi, reputari, & haberi volumus, de Imperatoriæ plenitudine poteſtatis.

De his, quibus ut indignis auferuntur Bona feudalia.

Tit. XIV.

E IN

IN plerisque partibus Vasalli, & Feudatarii, Dominorum feuda seu beneficia, quæ à Dominis ipsis obtinent, intempestivè verbaliter, & in fraudem renunciant, seu resignant eadem, & facta renunciatione hujusmodi, Dominos ipsos malitiose diffidant, suasque inimicitias eis denunciant, damna ipsis subsequenter gravia inferendo, & beneficia, seu feuda sic relicta, prætextu guerræ, seu inimicitiæ, iterum invadunt, & occupant, & detinent occupata. Eapropter præsenti Constitutione in perpetuum valiturâ, sancimus, quod talis resignatio, seu renunciatio haberi debeat pro non facta, nisi liberè & realiter facta fuerit per eosdem, ita ut possessio beneficiorum, & Feudorum hujusmodi Dominis ipsis corporaliter, & realiter assignetur, quod nullo unquam tempore diffidentes ipsi in bonis, feudis, seu beneficiis resignatis, Dominos ipsos perturbent per se, vel alios, aut molestent, nec ad hoc consilium præstent auxilium, vel favorem. Contrarium faciens, seu Dominos suos in beneficiis, & feudis resignatis, vel non resignatis, invadens, quomodolibet perturbans, vel damnum ipsis inferens, seu consilium, & auxilium præstans talia facientibus, vel favorem, feuda, & beneficia hujusmodi eo ipso amittat, infames existat, & Banno Imperiali subjaceat, & nullus ad feuda, vel beneficia pateat ei de cætero quocunq; tempore aditus, vel regressus, nec de novo concedi sibi valeant ullo modo, & facta eis contra, ac illorum concessio, seu investitura secuta viribus non subsistat. Postremò omnes pœnas prædictas, illos vel illum, qui hujusmodi resignatione facta, contra dominos suos fraudulenter agentes, scien-

ſcienter eos invaſerint, vel invaſerit, diffidatione quacunque prævia, vel obmiſſa, vigore præſentis Sanctionis, incurrere decernimus ipſo facto.

De Conſpirationibus.

Tit. XV.

DEteſtandas prætèrea, & ſacris legibus reprobatas conſpirationes, & conventicula, ſeu colligationes illicitas, in civitatibus, & extra, vel inter Civitatem & Civitatem, inter perſonam & perſonam, ſeu inter perſonam & Civitatem, prætextu parentelæ, ſeu receptionis in Cives, vel alterius cujuſcunq; coloris conjurationesi, nſuper confœderationes & pacta, nec non conſuetudinem circa hujuſmodi introductam, quam cenſemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus, & certa ſcientiâ irritamus, quas Civitatès, ſeu Perſonæ, cujuſcunque conditionis, aut ſtatus, ſive inter ſe, ſive cum aliis, abſque autoritate Dominorum, quorum ſubditi, vel miniſteriales ſunt, ſeu in quorum diſtrictu conſiſtunt, eiſdem Dominis nominatim non exceptis, fecerint hactenus, & facere præſumpſerint in futuro, ſicut per ſacras divorum Auguſtorum, prædeceſſorum noſtrorum leges prohibitas non ambigitur, & caſſatas.

Illis confœderationibus, & ligis duntaxat exceptis, quas Principes, & Civitates, ac alii, ſuper generali Pace Provinciarum atque Terrarum, inter ſe formaſſe nòſcuntur. Illas enim noſtræ declarationi ſpecialiter reſervantes, in ſuo

decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum. Personam singularem, quæ de cætero contra tenorem præsentis Constitutionis, ac legis nostræ antiquæ super hoc editæ, confœderationes, colligationes, conspirationes, & pacta hujusmodi inire præsumpserit, ultra pœnam legis ejusdem, notam infamiæ, & pœnam decem librarum auri, Civitatem verò, vel Universitatem, in hanc legem nostram similiter committentem centum librarum auri, nec non amissiones, & privationes libertatum, ac Privilegiorum Imperialium pœnas incurrere decernimus, eo ipso, medietate pœnæ hujusmodi pecuniariè fisco Imperiali, reliqua verò Domino districtûs, in cujus prejudicium facta fuerint, applicanda.

De Pfalburgeris.

Tit. XVI.

CÆterùm, quia nonnulli Cives, & subditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, sicut frequens ad nos querela perduxit, jugum ordinariè subjectionis quęrentes abjicere, imò ausu temerario contemnentes, in aliarum Civitatum cives recipi se procurant, & frequentius in pręterito procurarunt, & nihilominus in priorum Dominorum, quos tali fraude pręsumpserunt vel pręsumunt deserere, Terris, Civitatib. Oppidis, & Villis, corporaliter resistētes, Civitatū, ad quas hoc modo se transferūt, libertatib. gaudere, & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alema-

lamaniç Pfalburgii consueverunt vulgariter appellari. Quoniam autem patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatoriç potestatis plenitudine, omniũ Principum Electorum, Ecclesiasticorum, & Secularium, sano accedente consilio, ex certa scientia statuimus, & prçsenti lege perpetuò valitura sanaimus, quod prçdicti Cives, & Subditi, eis, quibus subsunt, taliter illudentes, & in omnibus terris, locis & Provinciis sacri Imperii, à præsenti die inposterum Civitatum; in quarum Cives tali fraude recipi se procurant, vel hactenus procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur, nisi ad hujusmodi Civitates corporaliter & realiter transeuntes, ibique larem foventes, continuò verè & non fictè residentiam facientes, debita onera & municipalia subeant in eisdem. Si qui verò contra præsentis nostræ legis tenorem recepti sunt, vel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti, cujuscunq; conditionis, dignitatis, aut status existant, in nullo casu penitus, sive causa Civitatum, ad quas recipi se procurant, juribus & libertatibus gaudeant, quomodolibet vel fruantur: Non obstantibus quibuscunque juribus & privilegiis, vel consuetudinibus observatis, quandocunq; tempore, & obtentis; quas & quæ, in quantum præsenti nostræ legi obviant, præsentibus ex certa scientia revocamus, & de prædictæ Imperialis plenitudine potestatis, omnique carere, decernimus robore firmitatis, circa præmissa Principũ, Dominorum; & aliorum hominum, quos taliter deseri continget, in posterum juribus, circa personas, & bona subditorum quorumcunque ipsos sæpe dicto modo deserentium:

tium, semper salvis. Hos nihilominus, qui sæpè dictos Cives, & Subditos alienos recipere, contra præsentis nostræ legis dispositionem, præsumpserunt, vel recipere in præterito præsumpserint, si eos omnino non dimiserint intra mensem, post intimationem præsentium eis factam, centum marchas auri puri pro transgressione hujusmodi toties, quoties deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quarum medietas Imperiali fisco nostro: reliqua verò Dominis illorum, qui recepti fuerint, irremissibiliter applicetur.

De Diffidationibus.

Tit. XVII.

EOs, qui de cętero adversus aliquos incertam diffidationis causam se habere fingentes, ipsos in locis, ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempestivè diffidant, declaramus, damna quęcunque, per incendia, spolia, vel rapinas, diffidatis ipsis, cum honore suo, inferre non posse: Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, pręsenti Cōstitutione, in perpetuum valitura, sancimus, diffidationes hujusmodi, quibuscunque Dominis aut personis, cum quibus aliqui fuerunt in societate, familiaritate, vel honesta quavis amicitia conversati, sic factas, vel fiendas, in posterum nō valere, nec licere, prętextu diffidationis cujuslibet, quempiam invadi, per incendia, spolia, vel rapinas, nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffi-

diffidando personaliter, vel in loco, quo habitare consuevit, publicè fuerit intimata, possitque de intimatione hujusmodi per testes idoneos fieri plena fides. Quisque secus quempiam diffidare & invadere modo premisso presumpserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si nulla diffidatio facta esset, quem etiam, tanquam proditorem, per quoscunque Judices, poenis legalibus statuimus castigari.

Prohibemus etiam, & damnamus universas ac singulas guerras, litesque injustas, cuncta quoque injusta incendia, spolia ac rapinas, indebita & inconsueta telonia, conductus, nec non exactiones pro ipsis conductibus extorqueri consuetas, sub poenis, quibus sacræ leges præmissa, atque eorum quodlibet sanciunt punienda.

Literæ Intimationis.

Tit. XVIII.

VObis, Illustri & magnifico Principi, Domino Marchioni Brandenburgensi, sacri Imperii Archicamerario, Coelectori, & amico nostro carissimo, Electionem Romanorum Regis, quæ ex rationalibus causis jam imminet, faciendam, præsentibus intimamus, vosq; ex officii nostri debito ad Electionem præfatam ritè vocamus, quatenus è die tali, &c. intra tres menses continuò computandos, per Vos seu Nuntios, aut procuratores vestros, unum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam sacrarum legum super hoc editarum, venire curetis;

tis;

tis; deliberaturi, tractaturi, & concordaturi cum aliis Conprincipib. & Coëlectoribus vestris & nostris, de Electione futuri Regis Romanorum, in Imperatorem postmodum (favente Domino) promovendi, in eodem mansuri, usque ad plenam consummationem Electionis hujusmodi, & aliàs facturos, & processuros, prout in sacris legibus, super hoc deliberate editis, invenitur expressum. Aliàs, non obstante vestra, seu Vestrorum absentia, in præmissis, cum aliis Conprincipibus & Electoribus nostris, prout legum ipsarum sancivit auctoritas, finaliter procedemus.

Forma Procuratorii, mittendi per eum Principem Electorem, qui Nuncios suos ad Electionem faciendam duxerit destinandos.

Tit. XIX.

NOs tali Dei gratia, &c. sacri Imperii, &c. notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Electio Romanorum Regis ex rationalibus imminet facienda, nos de honore, & statu Sacri Imperii solicitudine debita intendere cupientes, ne tam gravibus dispendiis periculosè subjaceat, de fide & circumspectionis industria dilectorũ nobis, &c. fidelium nostrorum, obtinentes utiq; præsumptionis indubiæ fiduciam singularem, ipsos, & quemlibet eorum in solidum, ita ut non sit melior conditio occupantis, sed quod per unum eorum inceptum fuerit, per alium finiri,

niri, ac licite terminari valeat, omni jure, modo & forma, quibus melius & efficacius possumus, seu valemus, nostros veros & legitimos Procuratores, & Nuntios speciales facimus, constituimus, & ordinamus, ad tractandum ubilibet, unà cum aliis Conprincipibus, & Coelectoribus nostris, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus, & cum ipsis concordandum, conveniendum, & concludendum, de Persona quacunque habili ac idonea, in Regem Romanorum eligenda, & ipsis tractatibus super Electione talis Personæ habendis, pro nobis, loco & nomine nostris, interessendum, tractandum, & deliberandum, necnon vice & nomine nostris, eandem Personam nominandum & in ipsam consentiendum, ac etiam in Regem Romanorum promovendum, ad sacrum Imperium eligendum, ac in animam nostram præstandum quodcunque Juramentum, quod necessarium, debitum, seu consuetum fuerit, circa præmissa, & quodlibet præmissorum, alium, vel alios Procuratores in solidum substituendum, ac revocandum, necnon omnia & singula faciendum, quæ in præmissis, & circa præmissa, etiam usque ad consummationem tractatuum, nominationis, deliberationis & Electionis hujusmodi, de præsenti faciendæ, necessaria aut utilia fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, etiamsi præmissa vel eorum quodlibet mandatum exigant speciale: Etiamsi majora, vel magis singularia fuerint supradictis, & quæ nosmetipsi facere possemus, si hujusmodi tractatui deliberationis, nominationis, & Electionis futuræ negotiis præsentes, ac personaliter adessemus, gratum, ratumque habentes, & ha-

F bere

bere volentes : ac nos perpetuo habituros : firmiter promittentes, quicquid per antedictos Procuratores, seu Nuntios nostros, nec non substitutos aut substituendos ab ipsis, seu eorum altero, in præmissis, seu præmissorum quolibet, actum, gestum, seu factum fuerit; aut quomodolibet ordinatum.

De Vnione Principum Electorum, & jurium eis connexorum.

Tit. XX.

CUm universi & singuli Principatus, quorum virtute seculares Principes Electores, jus & vocem in electione Regis Romanorum, in Cæsarem promovendi, obtinere noscuntur; cum jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus, & juribus aliis, eis, & cuilibet eorum annexis, & dependentibus ab eisdem, adeò conjuncti, & inseparabiliter sint uniti, quòd jus, vox, officium, & dignitas, alia quoque jura, ad quemlibet Principatum eorundem spectantia, cadere non possint in alium, præter illum, qui principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis, & dominio, ac eis pertinentiis universis, dignoscitur possidere; præsenti Edicto Imperiali, perpetuò valituro, sancimus, unumquemque Principatuum prædictorum, cum jure, & voce Electionis, ac officio, cæterisq; omnibus dignitatibus, juribus, & pertinentiis ad ipsum spectantibus, ita perseverare & esse debere unitum perpetuis temporibus indivisibiliter & con-

junctim, quod possessor Principatus cujuslibet, etiam juris, vocis, officii, dignitatis, & pertinentiarum omnium, ad illum spectantium, quieta debeat & libera possessione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseque & nemo alius per cæteros Principes Electores, ad Electionem, & omnes actus alios, pro sacri Imperii honore, vel opportunitate gerendos, omni tempore assumi (sine contradictione qualibet) & admitti, nec aliquid præmissorum ab altero, cum sint & esse debeant inseparabilia, dividi, vel nullo tempore debeant separari, aut in judicio, vel extra divisim repeti valeant, vel evinci, vel etiam per sententiam separari, nec aliquis unum sine alio impetẽs audiatur. Quod si per errorem vel aliâs auditus quis fuerit, aut processus, judicium, sententia, vel aliquid hujusmodi, contra dispositionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attentari contigerit, hoc totum, & omnia ex his & quælibet eorum sequentia, eo ipso viribus non subsistant.

De Ordine Processionis inter Archiepiscopos.

Tit. XXI.

QUoniam autem superius in principio Constitutionum nostrarum præsentium, circa ordinationem Ecclesiasticorum Principum Electorum, in Consilio & in Mensa, vel aliâs quoties Imperialem Curiam celebrari, seu Principes Electores deinceps cum Imperatore, vel Rege

Romanorum congregari contigerit, sufficienter duximus providendum, super qua priscis audivimus temporibus pluries disceptatum, expedire credimus, etiam processionis, & deambulationis inter eos ordinem definire. Quapropter hoc Imperiali Edicto decernimus, ut quotiescunque in congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum, & Principum prædictorum, Imperatore vel Rege ipso deambulante, Insignia ante faciem suam portari contigerit, Archiepiscopus Trevirensis in directa diametrali linea ante Imperatorem, vel Regem transeat illique soli medii inter eos ambulent, quos Imperialia, vel Regalia continget Insignia deportare. Dum autem Imperator, vel Rex absque Insigniis eisdem incesserit, ex tunc idem Archiepiscopus Imperatorem, vel Regem præfato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur, aliis duobus Archiepiscopis Electoribus loca sua juxta distinctionem Provinciarum suarum, circa sessionem superius declaratum, etiam circa processionem perpetuò servaturis.

De Ordine Processionis Electorum, & per quos Insignia deportentur.

Tit. XXII.

AD declarandum autem, in Imperatoris, vel Regis Romanorum deambulantis præsentia, processionis ordinem Principum Electorum, de quo supra fecimus mentionem, statuimus, ut quotiescunque in celebratione Imperialis

rialis Curiæ, Principes Electores cum Imperatore seu Rege Romanorum; in quibuscunque actibus, vel solennitatibus, processionaliter ambulare contigerit, & Imperialia vel Regalia debuerint Insignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem seu Regalem ensem deferens, Imperatorem, seu Regem immediatè præcedat, & inter illum, & Archiepiscopũ Trevirensem medius habeatur: Comes verò Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro & Marchio Brandenburgiacus, sceptrum deferens, à sinistro latere ipsius Ducis Saxoniæ linealiter gradiantur. Rex autem Bohemiæ Imperatorem, seu Regem ipsum immediatè, nullo interveniente, sequatur.

De Benedictionibus Archiepiscoporum in præsentia Imperatoris.

Tit. XXIII.

QUoties insuper, in Imperatoris vel Regis Romanorum præsentia, Missarum solennia celebrari, ac Moguntinensem, Trevirensem, & Coloniensem Archiepiscopos, vel duos ex eis adesse contigerit, in Confessione, quæ ante Missam dici consuevit, ac in porrectione Evangelii osculandi; & Pace post AGNUS DEI portanda, necnon in benedictionibus post finita Missarum solennia, ac etiam ante mensam faciendis, & in gratiis post cibum acceptum agendis, is inter eos ordo servetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum, quòd prima die hæc omnia & singu-

ſingula à primo, ſecunda die à ſecundo, tertia verò à tertio peragantur. Primum autem, vel ſecundum, aut tertium hoc caſu, ſecundum quod prius vel poſterius quilibet eorum conſecratus exiſtit, debere intelligi declaramus. Et ut ſe invicem honore condigno præveniant, exemplumque aliis invicem honorandi dent, quem circa præmiſſa ordo tetigerit, ad hoc alterum convenientia charitativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmiſſa procedat, ſeu quodlibet præmiſſorum.

Tit. XXIV.

Infraſcriptæ Promulgatæ ſunt in Curia Metenſi, per Dominum Carolum IV. Rom. Imperatorem, & Bohemiæ Regem Auguſtum, Anno Domini MCCCLVI. in die Natalis Chriſti, aſſiſtentibus ſibi omnibus Sac. Rom. Imperii Electoribus, præſentibus Dominis, venerabili in Chriſto Patre, Domino Theodorico, Epiſcopo Albanenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illuſtri ac Delfino Vienenſi.

SI quis cum Principibus, Militibus, vel Privatis, ſeu quibuſcunque perſonis plebeis, etiam ſceleſtam factionem, aut factionis ipſius inierit ſacramentum, vel dederit, de nece venerabilium, & Illuſtrium noſtrorum, Sacri Romani Imperii, tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium

Prin-

Principum Electorum, seu alterius eorundem: Nam & ipsi pars corporis nostri sunt. Eadem enim severitate voluntatem sceleris, quâ effectum, puniri jura voluerunt, ipse quidem (utpote Majestatis reus) gladio feriatur, bonis ejus omnibus Fisco nostro addictis, filii vero ejus, quibus vitam Imperiali specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarii criminis, metuuntur exempla) à materna, vel avita, omnium etiam proximorum hæreditate, & successione habeantur alieni, ex testamentis aliorum nihil capiant, sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum unquam honorem, nullaque Sacramenta perveniant: Sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. Denique jubemus, eos esse notabiles sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint. Ad filias sanè eorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata, sive intestata defecerit, volumus pervenire: ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum, aut nomen hæredis consequantur. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minùs ausuras esse confidimus.

Emancipationes quoque, quæ à prædictis, sive in filios post legem duntaxat latam, sive in filias fuerint collatæ, non valeant. Dotes, donationes quorumlibet, postremò etiam alienationes, quas ex eo tempore, qualibet fraude, vel jure factas esse constiterit, quo primùm memorati,

de jucunda factione, ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti. Uxores sanè prædictorum, recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reservare, tempore quo usus fructus absumuntur, omnia ea Fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ juxta legem filiis debeantur: Falcidia etiam ex his rebus filialibus tantum, non etiam filiis, deputetur.

Id quod de prædictis, eorumque filiis cavimus, etiam de Satellitibus, consciis, ac ministris, filiisq; eorum simili severitate censemus.

Sanè si quis ex his, in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, prodiderit factionem: & præmio à nobis, & honore donabitur. Is verò, qui usus fuerit factione, si vel serò, tamen incognita adhuc, consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantùm ac venia dignus habebitur. Statuimus insuper, ut si quid contra prædictos Principes Electores, Ecclesiasticos, vel seculares, commissum dicatur, etiam post mortem Rei, id crimen instaurari posse. In hoc item crimine, quod ad læsam in Principibus Electoribus suis Majestatem pertinet, etiam in caput Domini servi torquentur.

Volumus insuper, ac præsenti Imperiali sancimus Edicto, ut & post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, confictoque mortuo memoria ejus damnetur, nec non bona successoribus ipsius eripiantur. Nam ex quo sceleratissimum quis cœperit consilium, exinde quodammodo sua mente punitus est. Porrò ex quo quis tale crimen

crimen contraxit, neque alienare, neq; manumittere eum posse, nec ei solvere jure debitorem decernimus. In hac causa, in caput Domini servos torqueri statuimus, id est, propter causam factionis damnandæ, contra Principes Electores, Ecclesiasticos, & Seculares, ut præmittitur, & si decesserit quis propter insertam personam, successoris bona serventur, si in causa hujusmodi fuisse mortuus arguatur.

Si ceteros Principes congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justitia, & subjecti fideles pace gaudeant, quieteque vivant: Multò magis magnifici Principatus, Dominia, Honores & Jura Electorum Principum debent illæsa servari. Nam ubi magis incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi: ne columnis ruentibus, basis totius ædificii collidatur.

1. Electoratus individuus, 2. Primogenitus Successor, 3. Ejus φιλαδελφία.

Tit. XXV.

DEcernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro sancimus Edicto, quòd ex nunc in antea, perpetuis futuris temporibus, insignes & magnifici Principatus, videlicet Regni Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ & Marchionatus Brandenburg. terræ, districtus, Homagia, Vasallagia, & alia quævis ad illa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dimembrari nō debe-

ant, ſed ut potius in ſua perfecta integritate perpetuò maneant. Primogenitus fili' ſuccedat in eis, ſibiq; ſoli jus & dominium competat, niſi forſitan mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus exiſteret, propter quē non deberet, ſeu poſſet hominibus principari, in quo caſu inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundogenitū, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel eſſe conſanguineum laicum, qui paterno ſtipidi, in deſcendenti recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum. Qui tamen apud alios fratres, & ſorores ſe clementem & pium exhibebit, continuo, juxta datam ſibi à Deo gratiam juxtaq; ſuum, beneplacitum, atq; ipſius patrimonii facultates, diviſione, ſciſſione ſeu dimembratione Principatus, & pertinentiarum ejus ſibi modis omnibus interdicta.

II. In Imperatoris ſeu Regis Romanorum curia ſolenni; Comitatus Electoralis qualitas.

Tit. XXVI.

Die qua ſolennis Curia Imperialis, vel Regia fuerit celebranda, veniant circa horam primam Principes Electores, Eccleſiaſtici, & Seculares, ad domum habitationis Imperialis, ſive Regalis, & ibi Imperator, vel Rex ipſe omnibus Inſigniis Imperialibus induetur, & aſcenſis equis omnes vadant cum Imperatore, vel Rege ad locum Seſſionis aptatæ, ibiq; quilibet eorum in ordine & modo ſuperius in lege, de ordine proceſſionis ipſorum Principum Electorum plen-

termino definito. Portabit etiam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hæc fuerint, ſuper Baculo argẽteo õnia Sigilla, & Typaria Imperialia, ſive Regalia. Seculares vero Principes Electores, ſceptrum, pomũ & enſem, ſecundum quod ſuperius exprimitur, deportabunt. Portabuntur quoque immediate ante Archiepiſcopũ Trevirenſem, ſuo loco tranſeuntem, primò Aquiſgranenſis, ſecundò Mediolanenſis Corona, & hoc ante Imperatorem duntaxat, quia jam Imperialibus Infulis eſt decoratus, quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem, juxta placitum, deputandi. Imperatrix etiam, vel Regina Romanorum ſuis auguſtabilibus amicta inſigniis, poſt Regem, vel Imperatorem Romanorum, ac etiam poſt Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediatè ſubſequitur, competentis ſpacii intervallo, ſuis aſſociata Proceribus, ſuiſque comitata Virginibus, ad locum ſeſſionis procedat.

Ordo Exercendorum Officiorum, PP. EE. incumbentium, in ſolennis Curiæ Imperatoriæ, aut Regiæ Celebratione.

Tit. XXVII.

STatuimus, ut quandocunque Imperator, vel Rex Romanorum, ſolennes Curias ſuas celebraverit, in quibus Principes Electores ſua deſervire, ſeu exercere debent officia, in eiſdem his ordo ſervetur. Primò enim, Imperatore, vel Rege ipſo in ſede Regia, ſive Solio Imperali ſeden-

dente, Dux Saxoniæ officium ſuum agat hoc modo: Ponetur enim ante ædificium Seſſionis Imperialis, vel Regiæ, acervus avenæ, tantæ altitudinis, quod pertingat usque ad pectus, vel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant in pondere duodecim marchas argenti, & ſedens ſuper equo, primò menſuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem. Quo facto, figendo baculum in avenam recedet, & Vicemareſchallus ejus, puta de Pappēheym, accedens, vel eo abſente, Mareſchallus Curiæ, avenam ipſam diſtribuet.

I. Modus Aptandarum menſarum. 1. Imperatoris. 2. Regis Romanorum, 3. Auguſtæ, 4. Principum Electorum in ſolenni Curia. II. Tempus præſtitutum EE. Secularibus ſeſe locandi ad menſam. III. Locus celebrandæ Electionis, Coronationis Regiæ Romanæ, & primæ Regalis Curiæ. IV. Excluſio Legati, abſente Electore à menſa Electori deputatâ. V. Recipiens apparatum Imperialis ſeu Regiæ Seſſionis, peractâ Curia.

Tit. XXVIII.

INgreſſo verò Imperatore, vel Rege ad Menſam, Principes Electores Eccleſiaſtici, videlicet Archiepiſcopi, ſtantes ante menſam cum cæteris Prælatis, benedicent eidem ſecundùm ordinem, qui circa hæc eis in ſuperioribus eſt

præ-

præscriptus. Et benedictione completa, iidem Archiepiscopi omnes, si adsunt, alioquin duo, vel unus, Sigilla, & Tiparia Imperialia, sive Regalia à Cancellario Curiæ recipient, eoque, in cujus Archicancellariatu Curiam ipsam celebrari continget, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere subjunctis, Sigilla, & Tiparia ipsa, omnes quidem baculum, in quo suspensa fuerint, manibus contingentes, eo portabunt, & ante Imperatorem, vel Regem reverenter ponent in mensa, Imperator verò, sive Rex eadem ipsis statim restituet, & in cujus Archicancellariatu hoc fuerit, ut præfertur; is majus Sigillum collo appensum, usque ad finem mensæ, gestabit, & deinceps, donec ad hospitium suum perveniat, ab Imperiali, sive Regali Curia equitando. Baculus verò, de quo præmittitur, esse debebit argenteus, duodecim Marchas argenti habens in pondere, cujus tàm argenti, quàm pretii partem tertiam, unusquisque Archiepiscoporum ipsorum persolvet: & Baculus ipse protinus unà cum Sigillis, & Tipariis debet Cancellario Imperialis Curiæ assignari, in usus suos beneplacitos convertendo. Postquam autem is, quem ordo tetigerit, portando Sigillum majus, ab Imperiali Curia ad hospitium suum redierit, ut præfertur, statim Sigillum ipsum, per aliquem de suis familiaribus, prædicto Imperialis Curiæ Cancellario remittet super equo, quem juxta propriæ dignitatis decentiam, & amorem, quem ad Cancellarium Curiæ gesserit, ipse Cancellario tenebitur elargiri.

Deinde Marchio Brandenburgensis Archicamerarius, accedat super equo, habens argenteas pelves cum aqua

in manibus, ponderis duodecim marcharum argenti, & pulchrum manutergium, & descendens ab equo, dabit aquam Imperatori, vel Regi Romanorum, manibus abluendis.

Comes Palatinus Rheni intrabit similiter super equo, habens in manibus quatuor Scutellas argenteas, cibis impletas, quarum quælibet tres marchas habeat in statera, & descendens ab equo portabit, & ponet ante Imperatorem, vel Regem in mensa.

Post hæc Rex Bohemiæ Archipincerna veniat similiter super equo, portans in manibus Cuppam, vel Scyphum argenteum, ponderis duodecim marcharum, coopertum, vino & aqua permixtim impletum, & descendens de equo, Scyphum ipsum Imperatori vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

Sicut autem hactenus observatum fuisse comperimus, ita statuimus, ut peractis per Principes Electores Seculares prædictis ipsorum officiis, ille de Falckenstein, Subcamerarius, equum & pelves Marchionis Brandenburgensis pro se recipiat: Magister Coquinæ, de Nordenberg, equum & scutellas Comitis Palatini: Vicepincerna de Lymburg, equum & Scyphum Regis Bohemiæ: Vicemareschallus de Pappenheym, equum, baculum, & mensuram prædictam Ducis Saxoniæ; si tamen ipsi in tali Imperiali, seu Regali Curia præsentes existant, & eorum quilibet in officio suo ministret: Si vero ipsi, vel eorum aliqui a prædicta Curia se duxerint absentandos, extunc Imperialis, vel Regalis Curiæ quotidiani ministri, vice absentium, puta quilibet

in

in loco ejus abſentis, cui in vocabulo, ſeu officio communicat, ſicut gerit officium, ſic tollat in pręmiſſis & fructum.

Imperialis inſuper menſa, vel Regia ſic debet aptari, ut ultra alias aulę tabulas, ſive menſas in altitudine ſex pedum ſit altius elevata, in qua præter Imperatorem Romanorum duntaxat, vel Regem, die ſolennis Curię nemo penitus collocetur. Sedes vero & menſa Imperatricis, ſive Reginę parabitur à latere in aula, ita quod ipſa menſa tribus pedibus Imperiali, ſive Regali menſa ſit baſſior, & totidem pedibus eminentior ſupra ſedes Principum Electorum, qui Principes ſuas inter ſe in una eademque altitudine ſedes habebunt, & menſas.

Infra Seſſionem Imperialem, menſæ pro ſeptem Principibus Electoribus Eccleſiaſticis, & Secularibus præparentur, tres videlicet à dextris, & tres aliæ à ſiniſtris, & ſeptima directè verſus faciem Imperatoris, vel Regis, ſicut ſuperius in Capitulo de Seſſionibus, & ordine Principum Electorum, per nos eſt clarius definitum. Ita etiam quod nullus alius cujuſcunque dignitatis vel ſtatus exiſtat, ſedeat inter ipſos, vel ad menſas eorum.

Non liceat autem alicui prædictorum ſecularium Principum Electorum, peracto officii ſui debito, ſe locare ad menſam ſibi paratam, donec alicui ſuorum Conprincipum Electorum ejus officium reſtat agendum. Sed cum alius eorum, vel aliqui miniſterium ſuum expleverint, ad ſibi paratas ſibi menſas tranſeant, & juxta illas ſtando expectent, donec cæteri miniſteria ſua expleverint ſupradicta, & tunc demum omnes & ſinguli pariter ad menſas ſuas, ſibi paratas, ſe locabunt. In-

Invenimus etiam ex clarissimis relationibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos, qui nos præcesserunt, fœliciter esse & jugiter observatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in Civitate Francofurt. celebraretur Electio, & prima Coronatio Aquisgrani, & in oppido Nurnberg. prima sua Regalis Curia haberetur. Quapropter certis ex causis, etiam futuris præmissa servari debere temporibus, declaramus, nisi præmissis omnibus, seu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret.

Quandocunque insuper aliquis Princeps Elector, Ecclesiasticus, vel etiam Secularis, justo impedimento detentus ad Imperialem Curiam vocatus, venire non valens, Nuntium vel Procuratorem, cujuscunque dignitatis, vel status, transmiserit, missus ipse, licet loco mittentis juxta datum sibi ab eo mandatum admitti debeat, in mensa tamen vel sede, quę illi, qui ipsum transmittit, deputata fuerat, non sedebit.

Pecunia, à PP. Feuda sua ab Imperatore, vel Rege Romanorum recipientibus, exsolvenda, 2. quomodo inter officiales dividenda.

Tit. XXIX.

DEcernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores, Ecclesiastici, & Seculares, dum feuda sua sive Regalia ab Imperatore, vel Rege recipiunt, ad dandum, vel solven-

vendum aliquid, nulli penitus ſint aſtricti. Nam pecunia, quæ tali prætextu perſolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipſi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præſint officiis, ſuos etiam habentes in officiis hujuſmodi ſubſtitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus, & dotatos, videtur abſurdum, quod ſubſtituti Officiales, à ſuis ſuperioribus quocunque quæſito colore encęnia poſtularent, niſi fortè ipſi Principes Electores ſponte & liberaliter iis aliquid largirentur. Porrò cæteri Principes Imperii Eccleſiaſtici, vel Seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda ſua ab Imperatore Romanorum ſuſcipit, vel à Rege, dabit Officialibus Imperialis, ſive Regalis Curiæ, ſexaginta tres marchas argenti, cum uno fertone, niſi eorum aliquis Privilegio, ſeu indulto Imperiali, vel Regali tueri ſe poſſet, & probare, ſe ſolutum, vel exemptum à talibus aut etiam aliis quibuſcunque, quæ ſolvi in ſuſceptione feudorum conſueviſſent.

Prædictarum inſuper ſexaginta trium marcharum & fertonis diviſionem, faciet Magiſter Curiæ Imperialis, ſive Regalis, hoc modo: Primò enim decem marchas pro ſemetipſo reſervans, dabit Cancellario Imperialis, ſive Regalis Curiæ decem marchas, Magiſtris, Notariis, Dictatoribus, tres marchas, & Sigillatori pro cera & pergameno, unum fertonem, ita videlicet: quod Cancellarius, & Notarii, Principi recipienti feudum non ad aliud, quàm ad dandum ſibi teſtimonialem recepti feudi, ſeu ſimplicis inveſtituræ literam, ſint aſtricti. Item dabit Magiſter Curiæ Pincernæ de Lymburg, de præfata pecunia, decem marchas Ma-

giſtro Coquinæ de Nordenberg decem marchas, Vicemareſchallo de Pappenheym decem marchas, & Camerario de Falckenſtein decem marchas, tali tamen conditione, ſi ipſi, & eorum quilibet in hujuſmodi Curiis ſolennibus præſentialiter adſint in ſuis officiis miniſtrando. Si vero ipſi, vel eorum aliqui abſentes fuerint, extunc officiales Imperialis, ſive Regalis Curiæ, qui talibus præſunt officiis, eorum, quorum ſupplent abſentiam, ſinguli ſingulorum, ſicut vicem, nomenque & laborem ſufferunt, ſic lucrum & commoda reportabunt.

Dum autem Princeps aliquis, equo, vel alteri beſtiæ inſidens, feuda ſua ab Imperatore recipit, vel Rege, equus ille ſeu beſtia, cujuſcunque ſpeciei ſit, debetur ſuperiori Mareſchallo, id eſt, Duci Saxoniæ, ſi præſens affuerit, alioquin illi de Pappenheym ejus Vice Mareſchallo, aut illo abſente, Imperialis, ſive Regalis Curiæ Mareſchallo.

Præterea, conſummatis his, quæ in Imperiali qualibet Curia, ſive Regali fuerint pro tempore diſponenda, recipiet Magiſter Curiæ pro ſe totum ædificium, ſive ligneum apparatum, Imperialis, ſive Regiæ Seſſionis, ubi ſederit Imperator, vel Rex Romanorum cum Principibus Electoribus, ad celebrandas ſolennes Curias, vel feuda, ſicut præmittitur, Principibus conferenda.

EE. Secularium Filii, Hæredes, & ſucceſſores inſtruendi in Germanica, Italica, Illyrica, ſeu Slavica Linguis.

Tit.


Tit. XXX.

CUm Sacri Romani Celsitudo Imperii, diversarum Nationum, moribus, vitâ & idiomate distinctarum, leges habeat & gubernacula moderari, dignum est, & cunctorum sapientum judicio censetur expediens, quod Electores Principes, ipsius Imperii columnę & latera, diversorum idiomatum, & linguarum differentiis instruantur, ut plures intelligant, & intelligantur à pluribus, qui plurimorum necessitatibus revelandis, Cęsareę sublimitati assistant, in partem solicitudinis constituti. Quapropter statuimus, ut illustrium Principum, puta Regis Bohemię, Comitis Palatini, Ducis Saxonię, & Marchionis Brandenburgensis, Electorum filii, vel hæredes, & successores, cum verisimiliter Teutonicum idioma, sibi naturaliter inditum, scire præsumantur, & ab infantia didicisse, incipiendo à 7. ætatis suæ anno in Germanica, Italica & Sclavica linguis instruantur, ita quod infra 14. ætatis annum, existant in talibus, juxta datam sibi à Deo gratiam, eruditi, cum illùd non solum utile, imo ex causis præmissis summè necessarium habeatur, eò quod illæ linguę ut plurimum ad usum, & utilitatem sacri Imperii frequentari sint solitę, & in his plus ardua ipsius Imperii negotia ventilentur.


Hunc autem proficiendi modum in pręmissis posuimus observandum, ut relinquatur optioni parentum in filios, si quos habuerint, seu proximos, quos in Principatibus sibi credunt verisimiliter successuros, eosque ad loca dirigere, in quibus de hujusmodi possunt linguis edoceri, vel in

propriis domibus pędagogos, instructores, & pueros consocios, in his peritos, eis adjungant, quorum conversatione pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri.

Soli Deo Gloria.



NOTÆ
Ad
AVREAM BVLLAM CAROLI IV.



Omnis de Jure Publico tractatio vel *generalis* est aut *specialis*. Illa docetur ratio rectè & feliciter instituendi societatem inter homines civilem; Hæc in Reipublicæ jam constitutæ juribus, statu & privilegijs dignoscendis occupatur. Illam præ alijs feliciter explicuit Aristoteles in politicorum libris. Hanc pertractant multi Historici & Politici peculiaribus scriptis. Versatur a. Jus publicum in ijs, quæ sunt propria civitatis i. e. alicujus populi, sic n. apud Aristotelem & alios Scriptores Civitas pro integrâ alicujus populi Societate sumi solet: Unde ICtus *in l.* 1. §.2. *D. de Iust. & Iur.* Jus publicum describit, quod spectet ad Statum Rei Romanæ; ut adeò cognitio juris publici specialis, præcipuè versetur in cognitione statûs, circa quem disponit; ubi apprimè notandum, cujusq; reipublicæ statum & formam regiminis dijudicandam esse, ex proprijs patriæ legibus, quas regni fundamentales vulgò dicunt; cujusmodi in Germania sunt, *Aurea Bulla Sanctio, Capitulationes Imperatorum ac Imperij Recessus*; adeoque si de statu Imperij Romano-Germanici quæstio instituatur, decisio non est desumenda ex Lege Romanorum Regiâ antiquâ aut Legibus Justinianis. Nam Romanorum leges non nisi in consequentiam & in casibus dubijs applicari possunt Statui Germanorum moderno. Quanquam vero in jus Germanici Imperij publicum egregia commentaria Goldasti, Arumæi, Reinkingij, Schüzij, Limnæi & Conringij extant, tamẽ ad Aureæ Bullæ fontem & textum pro faciliori cognitione placuit notare frequentiora & scitu necessaria. Solet a. in antecessum quæri? An recte ius publicum tractetur in Academiis? Multi enim statuunt, jus publicum nutriri in Aulis Principum, & transcendere horizontem Scholasticorum, ita ut Hotomannus

c.2. de Legation. n. 33. asserere non dubitavit, Academicos [illegible] suam habentes, in publicis nihil recte posse scribere. [illegible] multa sæpius in Academijs de jure publico dici, disputari [illegible] quæ [illegible] tacerentur; Abusus vero [illegible] tolli [illegible] Imperator in Corpore juris multa juris publici capita [illegible]. Academiæ etiam cum in finem institutæ sint, ut exinde in Rempublicam educerentur Viri [illegible] gubernacula apti, injuriosum omnino foret, excludere jus publicum ex illa cathedrâ Academicâ; secus si diceremus, verendum omnino, ut [illegible] temporum servitutem, quæ juxta Plinium 8. *Epist.* [illegible] ignorantiam introduxerat, ita ut libertas sub Trajano reducta, [illegible] rit & imperitos Romanos. Facit huc, Jus publicum aliqua ex parte collectum quoque esse ex Jure Naturæ & Gentium, uti monstrant Jura Legatorum, belli, pacis, fœderum, obedientia magistratibus debita, & si quæ sunt cetera. Itaque Jus publicum, quatenus consensu Imperatoris & [illegible] Statuum, publicis typis extat, in Academijs summô cum fructu doceri posset ac deberet; ita tamen ut ne excedantur termini, sed intermittantur disputationes curiosæ ac licentiosæ, unde detrimentum capere possit bonum publicum. Limnæus *1. de jur. publ. 2.* [illegible] *tion.* Instrumentum pacis Osnabrug. *artic.* 5. §. 17. Capitulat. Ferdinandi IV. *artic.* 2. *ibi* zumahl auch die jenigen/ so sich ꝛc. II. Apud Doctores de Authore Aureæ Bullæ controverti solet, quis fuerit? Goldastus *in* [illegible] *l. 3. c.* 19. §. 3. laudat pro authore Bullæ Bartol. Qui fuit Consiliarius Caroli, & privilegio Comitivæ donatus, uti laudat Bartol. *in* [illegible]. Dubitat de hoc Limnæus *1. Jur. publ.* 11. *n.* 81. ubi Bartolum anno publicationis [illegible] vis desiisse notat, addens ipsum Carolum composuisse librum; & negari non nequit, Carolum IV. literis apprime fuisse doctum teste Reiner. Reineccio *in Orat. de dign. histor. p.* 19. sed vero potius Bartolus ex mandato Caroli conscripsisse librum & tamen ante publicationis diem mortuus esse, ut adeo nihil concludat allegata Limnæi ratio. Et sententia Dn. Limnæi, Carolum IV. authorem Bullæ esse, eo sensu vera esse potest, quo Justinianus Imperator legitur [illegible] institutiones, Digesta, Codicem & Novellas. Quisquis vero tandem conceperit [illegible] Bullæ ex Caroli IV. consilijs, nobis sufficit, authoritate Caroli [illegible] se, qui hujus libri sanctione Imperio magnum robur conciliavit. [illegible] die Rechte von Gewohnheiten bey der Keyserlichen Wahl und viel andere Ding mehr/ so an dem Heiligen Reich zu Erhaltung [illegible] Wesens [illegible] Schrifften nicht begriffen/ sondern man nach Exempeln/ Meinungen/ Alten Gewohnheiten und Gebräuche im Röm. Reich gehalten/ haben der [illegible] tragen [illegible] die Sachen/ so selten zu Fall kommen/ in [illegible]

[illegible]

[illegible] beschwerlich Irrungen [illegible]; Also hat Keyser Carolus [illegible] Spaltungen abzu[illegible] An. 1356. einen Reichstag im Jan. gen Nürnberg gelegt/vnd daselbst mit [illegible] Fürsten/Grafen/Herrn vnd der Reichsstände Gesanden / die Gül[illegible] Bull auffgerichtet/ inquit Lehmann. lib. 7. Chron. Spir. c. 31. Et certum est R[illegible] Imperij salutem, [illegible]dignitatem, quietem, securitatem, Majestatem & splen[illegible] Deum in perpetua & constanti. A.B. observantiâ, & tuitione u[illegible] quamprimùm verò ea in quæstionem & litem vocata fuit, ab eo tem[illegible] [illegible] Imperij infelicissimè cœpit labefactari, concuti, & tantum non de gra[illegible] [illegible] non malè dixerit Limn. 1. Iur. publ. 11. nu. 98. Daß an die[illegible] [illegible] Güldenen Bull/als einer Grundvest/das Reich vnd die Gewalt [illegible] 5. Chron. p. 302. A. Bullam vocat nervum pacis publicæ firmissimum, [illegible] quod omnium operum Carolinorum sit præcipuum, quo se iterum e[illegible] communiverit Maj. Imp. sed rectè monet idem Peucerus, in vita Ru[illegible] formam Imperij in A.B. comprehensam, magnâ ex parte à Friderico [illegible] I. prius fuisse introductam. III. Definitio A. Bullæ nominalis in[illegible] quod aureo sigillo appenso munitus liber est. Apud Veteres Bulla, Sigillum, & bullare, sigillare significat, inde quoq; Doctoris Bul[illegible] qui literis, & sigillo Imperatori creatur Doctor. sciendū verò, Impera[illegible] aureo diplomata munire, pōtifices plumbeo, reliquos [illegible] Reges & Prin[illegible] Videatur Meursius in Glossario Græco Barb. & Herib. [illegible] Onoma[illegible] [illegible]. De Sigillo ante purpureo [illegible] Imp. Boleny. de Imp. [illegible] 108. IV. Realis definitio esse poterit talis. A.B. est pragmatica sanctio [illegible] Imp. & Statibus Imp. A.C. 1356. leges continens fundamētales; [illegible] Regimen & Acta Imperij gravissima sunt suscipienda & expedienda. V. [illegible] studio & accurata diligentia A.B. pernoscenda est, quia ibi [illegible] electorum, & statuuntur leges electionis, aliaq; de cætero [illegible] honorem & incolumitatem pertinentia disponuntur, ut non abs re scri[illegible] continere A. Bullam, compendiosam juris publici inductionē. [illegible] ergò cū divini numinis auxilio laborē, & spera[illegible] bonū principiū, melius medium ac optimū finem.

Ad Procœmium Notæ.

De Carolo IV. Imperatore Waremundus ab Ehrenberg. Tr. de subsid. Regn. [illegible] dicere solitum, pestilentiorem pestem nun[illegible] Germaniæ, velut alii referunt [illegible] fuis[illegible] aut profusionem. Si [illegible] credimus Lehman[illegible] Carolus IV. Regnum Arelatense pro uno solenni

 prandio

prandio donavit Ludovico Andegavensi, fratri Caroli Galliæ Regis, & omne jus, quod in Italiæ Regnum eo usque acquisitum habuit, Germania, neglexit: Invehit graviter in profusiones Caroli Theod. à Niem. *Labyrinth. Tract. 6. c. 3. p.* 487. Aen. Sylv. *in Bohem. c. 32. p. 63.* Cranz. 9. *Vandalia. ult. p.* 202. & 10. *Saxon.* 3. *p.* 260. Equidem negari non potest, Carolum IV. arte papali contra Ludovicum Bavarum à nonnullis Electoribus Imperatorem proclamatum, omnibus ferme qui antecesserant, Imperatoribus, benigniorem Papæ fuisse. Præterea & id constat, ipsum à Carolo Rege Galliæ educatum, in Gallum solitò fuisse benigniorem. Sed verò injuriam fieri Carolo IV. quasi Regnum Arelatense donaverit Gallo, & omne jus Imperatorium in Italiam neglexerit eruditè monstrat Dn. Conringius, qui pluribus ad rem congestis documentis comprobat, Carolum IV. Regi Galliæ Carolo VI. tum temporis adhuc Galliæ Delphino, (qui interfuit legum promulgationi in Curia Metensi. A. B. tit. 24.) non nisi Vicariatum in Regno Arelatensi concessisse, neq; per donationes concessiones & alienationes Pontifici Romano alijsque in Italia factas absumptum esse summum Imperij jus in Italiam. *Tr. de finib. Imperij c.* 20. 21. 22. 23. 24. Atq; adeò istas alienationes non potuisse magnũ adferre Imperio detrimentum, propugnat Zoannet. *de Rom. Imp. n.* 161. *& seq.* Confer Clapmar. 5. *Arc. Rerump.* 12. Quicquid sit de illâ profusione nos Carolum IV. magna laude celemus dignũ esse, quòd erexit auro contra notam caram Bullam Auream & notabilis est Oratio Francisci Petrarchæ inter ejus opera, qua Carolum IV. Italiam advenientem sic excepit. *Nunquam ullius externi Principis adventum lætius expectavit Italia, usque nec aliunde remedium vulneribus suis sperat, nec tuum jugum timet. Hoc singulare si nescis habet apud nos Majestas tua. Mero quidem Dei favore nunc primum in te nobis post tot secula mos patrius & Augustus noster est redditus. Te enim utlibet Germani sibi vindicent, nos Te Italicum arbitramur.* Quis alias notum est, Imperium Romano Germanicum hactenus quinq; produxisse Carolos Imperatores Carolum Magnum, Carolum Calvum, Carolum Crassum, Carolum IV. & Carolum denique V. qui seculò superiori rerum potitus est. De Carolo Magno disputari, duo magni momenti capita contentione magnâ solent. 1. An fuerit natione Germanus. 2. An in ipsius persona Imperium immediatè ad Germanos fuerit translatum? Scriptores Galli toti in hoc laborant, Imperium à Græcis ad Gallos, & dein ab his ad Germanos devenisse. Ad comprobandum hoc dogma simul affirmant & supponunt, Carolum origine & natione fuisse Gallum. *Bodin. de method. histor. c.* 7. Alij concedunt quidem Carolum in Germaniâ natum, non tamen nisi Gallorum intuitu, quorum Rex fuerit, consecutum esse Imperium, usum enim Carolum opera & viribus Francorum contra injurias Longobardorum & sic defensitasse Ecclesiam Romanam; postmodum verò deficiente Caroli stirpe Imperium devenisse à

Gallis

Gallis ad Germanos. Ita Gregor. Tholosan. *l.7. de Republ.c.*15. Joan. le Cirier *de jur. primogen. l.2.q.12.n.17.& seqq.* Ubi multis rationibus hanc opinionem defendit & contrariis respondet. Confirmat hanc sententiam ex historicis Scriptoribus Platina, & Werner. Rolfinck *in fasciculo tempor.* qui primum ex Germanis Imperatoribus nominant Ottonem. Sed vero omnes hos, qui tale quid propugnant, toto errare coelo, notavit H. Mutius *Chron. German lib.9.* Ignorant enim, *inquit*, Francos, Germanos, & putant Gallos Francos esse. quod erroneum esse ibidem deducit; nominatim Platinam ac Wernerum erroris convincere satagit Paul. Lang. *in Chron. Litizens. n.*20. Et fuisse Carolum Germanum ac in Germaniâ natum, Æneas Sylvius *in Europa sua* & Lupold. de Babenberg. *de Iurib. Imp.c.*3. comprobat; nominatim vero patriam Caroli quod attinet, licet in eâ nominanda nonnulli, discrepant, & Eginhardus ipse tanquam non satis declaratam omittat, Brouer *in Antiquit. Fulvens. l.*3.c.12. producit Codicillos Caroli, ubi terram conceptionis suæ nominat provinciam circa flumen Vuitrud, quam ibi donare se profitetur Carolus Bonifacio martyri. Huic Reinesius. *l.2. Var. Lection.c.*16. patere nunc *ait*, Broueri diligentiâ, rem ab octo seculis ignoratam. Sanè, quicquid tandem sit, illud omnino certum est, Carolum magnum à Sicambris seu Francis & hessensibus ortum, totam Germaniam & Galliam, obtinuisse, idq; appellatum fuisse Regnum Franciæ ex Viterbiensi & aliis Lehmann. 2. *Chron. Spr.*2. cui Franciæ Regno accessit quaq; Italia & aliqua pars Hispaniæ. Quod si jam quæratur, cujus gentis intuitu translatum Imperium Romanum fuerit in personam Caroli? respondebit pro nobis Jus Canonicum *in c. venerabilem X. de Elect. clementin.* 1. *X. de jurejur.* & Bulla Joannis *XXII.* Papæ apud Goldastum *in constitut. Imperial. pag.* 98. translationem à Græcis ad Germanos factam, & Imperium in tutelam & fidem Carolo commissum esse. Hæc Pontificum testimonia reprobare nunquam poterunt Galli Scriptores, neque enim præsumendum, tantos Pontifices, Galliæ Regibus optimè cupientes, malè retulisse historiam, ut ex gloss. ipse advertit *Cirier d. l. n.*23. *v. nec obstat.* Nec quicquam efficitur, si cum eodem Cirier. *d. l. n.* 23. excipiatur, probari tantum *ex d. c. venerabilem* continuationem factæ translationis, ex voluisse pontificem ostendere principium & finem translationis, ita ut prius facta sit in Gallos & ab his demum in Germanos. Primò enim respondere possumus illum temporis nationem Francorum prævaluisse Gallis, terror enim Francorum resonavit per Europam, ut multi etiam ex Galliis habere Francos Dominos summo desiderio cupiverint, teste Lehmanno. 2. *Chron. l.* II. cum Azorio *p.* 2. *inst. moral. lib.*10.*c.*9. inhærendum est textui, qui apertè fatetur translationem à Græcis ad Germanos in personam Caroli factam, ita ut opus non sit confugere ad probationem continuationis ex principiis & fine, omisso interme-

 dio,

dio: quo argumento aliàs in probationibus [illegible], [illegible] dubiarum & incertarum uti solent) [illegible].

Divina favente Clementia) Germanica versio habet, von Gottes Gnaden. Non verò eo sensu accipienda simpliciter est hæc phrasis, quo omnes Christiani homines cum Apostolo Paulo 1. Cor. 15. v. 10. pronunciare possunt, Dei gratia sumus, quod sumus. Hoc enim per se [illegible] sed aliquid altius insuper spirat illa Principum prærogativa. Gratiæ Dei Imperatores attribuunt sibi concreditum Imperium, Sceptrum & Coronam. [illegible] 8. *infr.* Idem faciunt Imperii Principes, vel ex privilegio specialiter quæsito. Meglerus *in* [illegible] *ad Riemelum Dissertat.* 1. *ad* [illegible] vel quia in Regiminis Imperii consortium sunt assumti, Carpzov. *de L. Reg. Germ.* [illegible] *& seqq.* atque [illegible] memorialis temporis consuetudine, non ad [illegible] Imperatoris, sed ad amplificandam ejus majestatem, & ad defensionem Regalis dignitatis sibi clementer concessæ M. Stephan. *lib.* 2 *de* [illegible] *c.* 7. *n.* 44. *& seqq.* Unde satis dignoscitur Germaniæ Principū libertas & subinde decus, cū nec in Gallia aut Hispania vel alibi ullus Princeps præter Regē uti titulo illo [illegible].

Semper Augustus] Glossa *in Rubr.* [illegible]. Augustum deducit ab augendo. Idem facit Egesippus *l.* 5. [illegible] & sequitur eam Etymologiam Phrasis Germana, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs. Nomen Augusti ab Octavii temporibus inter acclamationes Votivas Imperatorum [illegible] Octavius enim à populo dicebatur Augustus, quod esset natura hominum [illegible] & venerabilior. P. Gregor. *de Republ. l.* 6. [illegible] 8. [illegible] quod sanctus omnibus debeat esse, Imperatori [illegible] quò Græcis [illegible] dicitur, quibus nos [illegible] est. Dicitur quoque Augustus ab Augurio seu voto [illegible] augeatur Imperiū & Imperator. Ita Ovidius [illegible] *Fast.*

> Sancta vocant Augusta *Patres, augusta vocantur*
>
> Templa *Sacerdotum rite dicata manu.*
>
> *Hujus &* augurium *dependet origine verbi*
>
> *Et quodcunq; sua Jupiter auget ope.*

Quamvis vero ad Accursii Glossatoris opinionem [illegible] geniat, si tamen rem sub nomine comprehendere volumus, [illegible], quod Imperator tenetur augere Imperium sub juramento, *sicut quilibet* [illegible] lius. *per text. in* [illegible] *& de perjur.* hac ratione olim [illegible] Imperatoris Palatinus Rheni præsentat. Accipe globum [illegible], ut omnes terræ nationes Imperio subjectas, & Augustus gloriosus

[illegible] valeas appellari. Simon Schard. de orig. Elector. fol. 42. [illegible] Goldastus, voculam *semper* ante Friderici I. tempora non fuisse additam [illegible] Germanos Imperatores [illegible], nimirum Con[illegible] [illegible] probat idem Goldast. *Tom. I. in epist. ad Conrad.* 3. & ex [illegible] aliisq; locis patet, temporibus Justiniani [illegible] voculam additam in quo[illegible]. [illegible] auctio non debet esse conjuncta cum latinno territ, sed intel[illegible] de juribus è quolibet Imperio avulsis, & legitimis deniq; titulis aliis. Ne[illegible] juxta Aristotel. 7. *Pol.* 2. in amplificandis promiscuè Imperiis felicitas [illegible] consistit, & Onuphr. Panvin. *de Comitiis Imp. cap.* 3. ideò *Augustos* dici Imperatores ait, quod Augustus ipse primus omnium Imperium [illegible] populi Romani additis certis firmamentis stabiliverit.

Christianissimo Regno) Titulum *Christianissimi* proprium esse Imperatorum [illegible]: Sic Pontifex Joannes *in l.* 8. *Cod. de Sum. Trinit.* Justinianum Imp[illegible] [illegible] appellat Christianissimum Principum, & ex libris sacris Ecclesi[illegible] [illegible] recentibus quàm vetustis observari potest, Ecclesiam Roma[illegible] [illegible] *pro Christianissimo Imperatore*. Quòd autem Reges Galliæ titu[illegible] [illegible] usurpant, id Henricus Bebelius ex solâ consvetudine quæ in[illegible] in stirpe Carolina, factum ait quò accesserit incuria quædam Imperato[illegible], qui quod suum est, sibi vindicare neglexerint; sequitur Bebelii mentem Carp[illegible] *L. Reg. German. cap.* 2. *sect.* 1. *n.* 22. Eò verò nunc res devenit, ut ipsi Imperii [illegible] & Imperatori Capitulationes Galliæ Regem nuncupent den Christlich[illegible] [illegible] / modo loquendi usitato & passim recepto. Sicut etiam à Pontificibus [illegible] elogio *primogeniti filii Ecclesiæ*, cujusmodi elogia exagitat Al. Patri[illegible] *in Marte Gallico.* & probat Chifletius *in Vindic. Hispan.* Christianis[illegible] titulo [illegible] esse Hispaniarum Reges, antequam eundem Pontifex tribu[illegible] [illegible] Jul. Cæsar. [illegible] *lib. 1. de Imperatore c.* 5. 24. 27. 28. 30. 31.

[illegible]) Universalis ac præcipua diminutionū Imperii causa depen[illegible] [illegible] T. O. M. quā ad punienda regum ac populi peccata con[illegible] [illegible] & [illegible] respublicas. Inter speciales verò evertendæ Reipub[illegible] [illegible] *discordia & partialitas*; hæc juxta Baldum *in l. un. Cod. de* [illegible] vermis in calc[illegible], & rectè Carolus IV. hanc præci[illegible] [illegible] jam olim Imperii Germanici judicavit causam. Verè in rem excla[illegible] Sylvius in German. c. 43. *O si Germani sic obedirent* [illegible] *Cæsari, ut* [illegible] *paterno* [illegible] *Carolo, haud dubium, quin prisca ad vos rediret gloria!* [illegible], seposito odio ac partium studio in publicum conferte [illegible] vires vestras exteri. Reliquas causas diminuti Imperii po[illegible] *de Princip. Imp. c.* 7. Victor *de caus. exemt.* *Nobiles*

Nobiles immediatos, die freye Reichs Ritterschafft, esse Statum Imperii multi hinc conficiunt, quorum castris accessit Rumelin. *Dissertat.1.ad A.B.th.* 12. & novissimè hunc secutus Hipolitus à Dreisbach in dem Bedencken über etzliche/ der freyen Reichs-Ritterschafft Stand und Session betreffende Fragen/ qui ex professo se opposuit Dn. Limnæo *l.6. Iur.publ. cap.*3. Sed argumenta Hipoliti benè emedullavit idem Limnæus *in addition. ad d. c.3. & in additamentis ad Capitulat. Caroli V.pag.* 222. ubi rem omnem post Carpzov. *de L. Reg. German. c.3. sect.*12. rectè exponit, iis nihil superaddo.

Civitates Imperiales votum & sessionem in Comitiis adhuc hodiè habent, & sunt Status Imperii. *An autem habeant votum decisivum?* Hactenus maxime est disceptatum. Negavit Arumæus *de comitiis c.7. n.*147. Sibi contrarius *Discurs.*1. *ad A. B. th* 8. & pro priori Arumæi opinione fortiter aliquando militavit observantia, quæ in dubio solet interpretationem dare actibus controversis. Nata verò est controversia superiori demum seculo, ubi religionis dissidium magis magisque gliscere cœperat, teste Hortleddero *pag.* 1. von Ursachen deß Teutschen Kriegs. c.37. *n.*27. & quamvis hodiè vi Instrumenti pacis Osnabrugensis *artic.*8. §.3. ad votum decisivum legantur restitutæ, nondum tamen ex actis nuperi Comitii apparet, ut usurpasse civitates. *vide* Knipschild. *de privil. Civit. Imper, lib.*2. *c.2. ubi materiam exactè pertractat.*

AD TIT. I.

Casus Electionis.) Constat Carolum M. Imperium hereditario jure ad filios suos transmisisse. Extinctâ verò stirpe Carolina in Ludovico, Arnolphi filio, Imperium ex hereditario sibi Electitium constituêre Germani, primusque Electus Conradus I. in eoque cœpit Origo Capitulationum, si credimus Carpzovio *de L. German. cap.*1. *sect.*8. *n.*41. *& seqq.* Magis autem est ut cum Lehmanno 2. *c.* 4. *&* 10. *Chron. Spir.* jam tùm Francorum Regum temporibus in usu Germanos habuisse, ut subjuratis certis capitulis admiserint Reges, dicamus. Non inquiram verò nunc, an rectè fecerint Germani, quòd Electionem prætulerint successioni? Nam rectè alicubi monente Besoldo, quæstio ista in hypothesi non est tractanda, sed quælibet Respublica jam constituta conservanda est in suis legibus fundamentalibus, neque ansam oportet dare, ut committantur populi. Ubique illud pro certo habendum est, in populo libero, qualis semper fuêre Germani, magis conducere Regno, habere Regem electum; sic enim ut plurimum accipitur magis dignus, & pro rerum occasionibus potest modus electo poni, ne contra libertatem agat. Atque hinc solent prudentiores præferre in thesi Electionem successioni. Confert huc historia Romanorum Regum, quæ vel sola maximè illustrabit rem hanc.

Qui

Qui Imperatores hereditatis jure tenuêre Imperium, omnes ferè, uno excepto Tito, luxu ac sceleribus dediti fuêre, qui verò eligebantur, erant viri boni, sicut cernere est in ijs quinque, qui Nervam ad Marcum usque sunt secuti, rursusque postquam ad heredes Imperium redierat, cœpit ruere in pejus. Electio autem Imperatoris in Romanorum Monarchiâ multipliciter contigisse legitur, vel enim populus ipse eligebat, aliquando Senatus, quandoque etiam, & non infrequenter, exercitus. A tempore, quo Germani Diadema Imperatorium electione constituerunt, ea primum facta cernitur à Statibus Germaniæ, teste Lehmanno aliisque: subsequentibus verò temporibus Jus ac potestas eligendi devenit ad certos Principes, Electores inde dictos, idque Jus hodiè obtinent non ex capite mandati alicujus ab Imperio, uti author problematis *de pace in Germaniâ conciliandâ.th.37.* nuper falso adstruere conatus est, sed vi Sanctionis & Legis Imperii pragmaticæ, à Carolo IV. confirmatæ.

Regis Romanorum) Cum electus à Germanis dicatur *Rex Romanus*, & hodie vulgatissimo loquendi modo *Imperii Romani* nomine Germania appellari soleat, modò brevibus inquirendum erit, An Germania accesserit Imperio Romano tanquam provincia? Equidem ex historiis constat, germaniam nunquam esse perdomitam à Romanis, quinimò Germanico Regno ipsum accessit Imperium Romanum. Quid factum ergò, quod victores Germani Germaniæ Regno præposuerint nomen Imperii Romani à se devicti, ita ut vulgò dicatur, das H. Römische Reich Teutscher Nation? JCti factum hoc scribunt propter dignitatem ratione derivationis, quia ex Imperio Romano derivatum sit Imperium Germanorum, item ratione confirmationis & coronationis Papalis, quod Rex Romanorum à Germanis electus debeat Romæ coronari & confirmari. Ita ex Augustino de Ancona Restaur. Castald. *de Imperator. quæst.7.n.9.* de hujus posterioris traditionis veritate suo videbimus loco. Prior ratio ex jure non inconcinnè potest defendi; siquidem translatâ sede Imperii in Germaniam, Imperatores Germani rectè dicuntur Romani, non secus ac Constantinopolitani olim se dixerunt Romanos. *l.35.pr. Cod. de inoff. testam.* quælibet enim res cum suis qualitatibus dicitur transferri *arg l.20.§.1. D. de acquir. rer. dom.* neque Imperium Romanum certo loco aut glebæ circumscribitur, sed ibi Roma est, ubi Imperator. *l. fin. Cod. de temp. in integr. restit.* atque hæc ita quidem longiùs possent ex jure deduci. Dn. Conringius *de Imper. Germanor. c.12.* ex errore vulgi id putat ita factum esse, credidisse enim veteres Germanos, Imperium Romanum dignitate præcellere Regnum Germaniæ & Lombardiæ, atque à Conradi III. & Friderici I. ætatibus assumtum esse Romani Imperii nomen, quò in sanctiori existimatione esset Regnum, creditum enim tum passim esse, oportere institui aliquod Imperium insigne Romanum, idq; fieri commodè, si Regna Germaniæ ac Lombardiæ, quibus æternâ societate jun

ctum jam tùm erat Imperium, nomen quoque assumserunt [illegible]. Alii rationem desumunt ex Vaticinio Danielis, qui quartam Romanorum Monarchiam duraturam prædicit ad mundi finem. Quemadmodum [illegible] forte maluerunt Veteres Germani, etiam cum gloriæ [illegible] simodò præjudicium gloriæ ac nominis dicendum est, quando populus [illegible] subigit Imperium à tot seculis prædictum, eoque [illegible] potitur, & titulis atque insignibus propriis inferit; ubi notum est, ordinem [illegible] nis sæpe fieri fortuitò, ita ut [illegible] argumentum [illegible] ducatur; neque enim, ut JCtus Paulus [illegible] loquitur, spectatur ordo scripturæ, sed potius ex jure sumitur id quod actum videtur. Quanquam verò magni [illegible] Viri maximè dubitent, an Daniel Propheta de Monarchia Romanorum prædixerit, & num vaticinium illud ad Romanorum Imperium adaptari possit, quorum catalogum ponit Limnæus *[illegible] lib. 1. [illegible] cap. 4. n. 7.* & inter præcipuos Renat. Herpinus in Defens. Bodini, dubium id plausibiliter moveat; ex consensu tamen Theologorum, JCtorum & Politicorum opinio communis hactenus ita credit.

in Imperatorem promovendi.) sermo Germanicus habet, [illegible] Kayser zuma-chen, der [illegible] Kayser [illegible]. An [illegible] electione [illegible] aliquo adminiculo opus est, ut quis fiat Imperator? [illegible] Pontificum, *cap. venerabilem, X de elect.* ubi dicitur, Regem Romanorum electum [illegible] Imperatore, quòd nondum sit Coronatus à Pontifice, & quòd demum Pontificis Romani Coronatio & Confirmatio faciat Imperatorem. Nec videtur [illegible] Carolus IV [illegible] *[illegible] c. 19. tit. 18. 19. 20. & [illegible]* A. Bulla occurrunt. Hinc [illegible] Reges Romanos electi [illegible] nomine Imperatoris abstinuisse leguntur, donec à Papa fuerunt uncti & coronati. Sed verò ex Canonistarum ac Curiæ Romanæ parasitarum errore non licet inferre ad jus. Verum quidem est, à Papæ Hildebrandi temporibus ex Coronatione Imperatoris Pontifices jus confirmandi sibi acquirere studuisse; insuper & id verum quoque est, quam plurimos ex Germaniæ [illegible] jus confirmandi Imperatorem Pontifici adscripsisse; sed errore [illegible] id factum esse evidenter [illegible]. Neque enim [illegible] *venerabilem X. de elect. [illegible] in clem. 1. de elect.* [illegible] jus Pontificum [illegible] Decretalium [illegible] vel [illegible] lum de confirmatione Imperatoris [illegible]. Dicit [illegible], quod Pontifex [illegible] nominet & denunciet electum Imperatorem idoneum. [illegible] populi Romani ideò Papæ mandatum fuit, ut publicè constaret electum esse idoneum, non ut aliquod jus indè consequeretur, ita ut Papa [illegible] Imperatore. Neque enim Papa jus coronandi Imperatorem [illegible]

potest ut aliquis summi Pontificatus, sed ex commissione ab Imperio; & sicut Collegium Cardinalium confirmando Pontificem non fit superius Papa, ita nec Papa confirmans Imperatorem efficitur Imperatore superior. *Latè & eleganter* [illegible] *Tr. de potestat. Imp. & Papæ.* Confirmatio enim nihil tribuit novi, neque electio à confirmatione facienda recipit incrementum. Verall. *part. 3. Dec. 159.* Ideoque nec ex Pontificis confirmatione (si quæ alias modo concessa esset) quoad Imperatorem jam electum inferri potest aliquod beneficium aut jus novum superius. Bald. *Consil.* 507. Non officit exemplum nonnullorum Imperatorum, aut si quis inde à multis annis vellet in præscriptionis jure effugium quærere, siquidem subsequentes Impp ubi concessionem Pontifici factam in detrimentum Imperii vergere viderunt, facile potuerunt illam revocare. Rosellis [illegible] Atque cum fecerint multi, imprimis autem contradixerit Ludovicus Bavarus, facile apparet, Pontifices contra Imperatores justè præscribere nunquam potuisse, maximè cum abfuerit ab initio justus titulus & bona fides. Inani autem quadam reverentia factum est erga religionem, quòd a nomine *Imperatoris* nonnulli abstinuerint, quanquam, rem ipsam & Imperii jura quod attinet, omnes Imperatores [illegible] Electionis factæ à Germanis statim pertinere rectè censuerunt. [illegible] *quia.* addatur Constitutio & Decretum Imperii apud [illegible] *cap.* 17. & quæ ex Marsilio de Padua adfert M. Freherus [illegible] *in fin.* Neque enim Pontifex Romanus est Dominus orbis, nec ullo modo Imperator aut Reges à Pontifice potestatem nanciscuntur, neque enim Pontifici subsunt: imo Pontifex in Imperatorem aut Reges nullo neque divino neque humano jure temporalem potestatem prætendere potest, rectè & [illegible] Victoria, Villalobos & aliis sic concludentibus Rodriguez Fermosin. [illegible] *quæst. 4.* [illegible] Optimè Gunther. Ligurin. *lib. 6. de reb. gest. Friderici.*

Imperii [illegible] sacrare coronam.
Pontificis jus est, ut vero nomine possit
[illegible] Imperii [illegible] consecrator haberi.
Nec [illegible] suscepit jura parentum
[illegible] si quis superaddere quicquam
[illegible] præsul [illegible] relego
[illegible] jura patri, divinis legibus orbem
[illegible] quo debet jure gubernet.

emerserit.) Solet hic quæstio institui, An ex A.Bulla probari possit concludenter, ut Regem Romanorum liceat eligere Imperatore adhuc vivente? Ubi notum est ex superioris seculi historia, Joannem Saxoniæ Electorem circa Electionem Ferdinandi I. provocasse ad A.Bullam, quæ Electionem Regis romanorum ad literam permittat in casu vacantis tantùm Imperii, *per text. in tit. 4. ibi, quoties vacare deinceps continget sacrum Imperium,* EX TUNC *Moguntinus potestatem habebit cæteros Electores convocandi.* Atqui vivo Imperatore Imperium non potest dici Vacans. Ergò nec eligere licebit. Ratio consequentiæ est, quia Moguntinus non habet potestatem convocandi cæteros Electores, nisi ex TUNC, quando vacat Imperium. Arumæus ut evitaret hunc scopulum, dicit textum explicandum esse ex generalitate verborum hujus *tit.* I. qui non loquatur tantum de casu speciali Vacantiæ, sed includat *quamcunque emergentem necessitatem & casum* quotiescunque & quandocunque; quæ verba ait non posse definiri solo mortis aut resignationis casu. *Discurs.2. ad A.Bull.th.*13. Sed verò Dn. Limnæus rectè advertit, *l.2. Iur.publ.cap.*15.*n.*26. *& seqq.* argumentum hoc à generalitate verborum non esse necessariò concludens aut apodicticum, sed explicationem capere verba illa, *quotiescunque & quandocunque,* ex omnibus sequentibus capitulis A.Bullæ, ubi de electione agitur, adeoque aliud nihil exprimere, nisi casum vacantis Imperii. *d.tit.*4.*§. cæterum,* nota enim JCtis est regula, Generalem locutionem restringi ad casum de quo disponit lex, atque hactenus rectè sensisse videtur Saxoniæ Elector. Quod si verò quæratur, an liceat Electoribus Imperatori vivo designare Successorem, & Regem Romanorum eligere, si ex urgenti ac magnâ causâ utile judicaverint esse Imperio? Utique constat, affirmativè esse respondendum, A.Bulla enim hoc non prohibet, ac prætereà consvetudine & præjudiciis in Imperio constat, sæpiùs ita non sine magno Imperii commodo factum esse. Sic electus est vivente ac renitente licet patre, Friderico III. filius Maximilianus, Carolo V. Ferdinandus frater, Ferdinando II. vivo filius Ferdinandus III. gloriosissimæ memoriæ Imperator, & deniq; vivo adhuc Ferdinando III. filius Ferdinandus IV. præmatura nuper eheu! morte extinctus. Atque in his terminis nihil stringunt rationes Saxonis apud Sleidanum & Hortlederum *l.* 4. *de caus.belli German.* Quando enim Electores vivo Imperatore cum hujus consensu ad Electionem procedunt, eo ipso videntur dispensare ex causa legi positivæ in A.Bulla positæ, & causa dispensationis est, ut Imperiũ mortuo Imperatore sine expectatione habeat Caput, ac evitentur pericula Interregni, quæ olim maxima experta est misera Germania; præsertim periculosissimo illo Interregno, quod fuit ante electum Rudolphum Habspurgicum per integros XVIII. annos. Sic Cardinales

dinales cum consensu Papæ novum eligentes Papam dispensare dicuntur capitulis, quæ requirunt, ut electio tùm fiat, si Papa traditus est sepulturæ Ecclesiasticæ. Archidiac. *in c. si eo tempore* X. *de elect. in 6. c. si quis Papa superstite.* 70. *distinct. c. electio. distinct.* 76. Quin omnis Saxonis disputatio finem accepit transactione Cadaviensi, & Capitulationibus Impp. modernorum, quibus cavetur. Wir sollen vnd wollen die Churfürsten zu jeglicher Zeit bey jhrer freyen Wahl eines Römischen Königs / dieselbige / so offt Sie es einem Römischen Kayser zu Behuff / oder sonst dem Heiligen Reich NB. nothwendig vnnd nützlich finden / auch bey Leb-Zeiten eines Römischen Kaysers / mit / vnnd wenn derselbe auff angelegte Bitt der Churfürsten / ohne gnugsamb erhebliche Vrsachen / geweigert werden solte / ohne eines Regierenden Kaysers Consens vorzunehmen. Ex quo textu simul resolvitur quæstio, An Rex Romanorum invito Imperatore eligi possit? quòd quidem regulariter non licet Reinking. *d. R. S. & E. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 14. *n.* 23. Carpzov. *d. l. Reg. German. c.* 11 *sect.* 3. *n.* 25. 26. nisi ex gravi & justâ causâ. Limnæus *Discurs.* 2. *ad A. B. th.* 14. patet ex textu jam allegato, atque sic doctrina Dn. Limnæi *l.* 2. *Iur. publ. c.* 15. *n.* 30. quod Electio Regis Romanorum neque ex consensu aut dissensu Imperatoris dependeat, cum grano satis est accipienda. Quænam verò sint causæ justæ, ut citra Imperatoris consensum Rex Romanorum ab Electoribus possit eligi id omne ego ad arcana Imperij refero, neq; meum, aut cujuscunq; privati esse credo, judicium desuper interponere, cum non omnia, quæ circa juris publici cognitionem versantur, literis sint divulganda, ne quis lapidem mittat versus cælum. Minimè verò ambigendum est, DDn. Electores pro fide, quâ Imperio obstricti & jurati esse noscuntur, cuncta pro casu obveniente acturos esse ad Reipubl. Germanicæ decus, commodum ac incrementum. Denique quid juxta Instrumentum pacis Osnabrug. *artic.* 8. §. *habeantur.* in Comitijs ex unanimi Statuum consensu de Electione Regum Romanorum certius aliquando haberi possit aut debeat, expectandum æquis mentibus erit. Interim præcavendum meritò Electoribus, ne pendente deliberatione pereat Saguntum!

juxta antiquam & laudabilem consuetudinem) Communis quidem Chronographorum & ICtorum est opinio, quæ per duo secula & quod excurrit, ab an. 1250. ad annum circiter 1500. constans fuit, teste Conringio *in Acroam. de Elector.* Collegium Electorum, horumque originem adscribendam esse Ottoni III. & Gregorio V. Subsistunt in hac sententia P. de Andlo *ibiq; in Not.* M. Freher. *de Imp. Rom. l.* 2. *c.* 1. Marsil. Patavinus *de translat. Imp. c.* 11, Schardius. *de Orig. Elector. c.* 1. 2. Clutenus *in Sylloge rer. quotid. th.* 24. *lit. b.* & quem primo nominare debebam, Gewoldus *de S. Rom. Imp. septemviratu.* Allegari in hanc rem potest egregium testimonium Moguntini Archi-Episcopi, qui *in gravissima Oratione de eligendo Carolo V. ad Electores habita* apud Georgium Sabinum, Hæc, inquit, cer-

tamina ut ad posteritatem caveret Otto III. gravissimo Consilio, & comprobante Romano Pontifice, Collegium Electorum instituit, cujus Collegii sapientia & fide iam annos quingentos Imperii possessio in hac natione relinqueretur, quod non modo Germanicæ nationi gloriosum est, sed & toti Europæ multis modis salutare fuit. Sed vero vel ex eo solo suspecta omnino redditur ista opinio, quod nullibi extet Constitutio illa Ottonis, neque quod magis est, in Archivis Imperij reperiatur. Imo constat sub Friderico demum II. Electorum ordinem aperte cœpisse, & ut quodpiam paulatim invaluisse, sic exempla secula in Imperijs rebusque publicis fieri & valescere magis per consuetudinem quam expressis in id legibus, quibus postmodum durari & firmari sæpe solent. Et quicquid præ cæteris operose pro stabilienda illa sententia congessit Gewoldus, id omne refellitur vel sola Caroli IV. auctoritate, qui [illegible] non ad aliquam legem aut constitutionem, sed ad consuetudinem [illegible] opponitur, retulit. Nec adscribendam esse Electorum Originem constitutioni alicui Imperatoriæ, vel ex ipso *cap. venerabilem X. de Elect.* liquet, ubi Pontifex inquit ad Electores Principes jus & potestatem eligendi *de jure & antiqua consuetudine noscitur* pertinere. Ingens quoque historicorum dissensus non parum obstaculo est, quominus Imperatoriæ legi Origo Electorum tuto adscribi possit. Carolo Magno eorem tribuit Jordan. *in Chron.* [illegible] *qui Principes.* Henrico I. Peucer. *in Chron.* [illegible] Henrico II. Nicol. Cusan. *de Concord. Cathol. l.3.c.4.* Conrado II. Theodoric. Niem. *in Nerone.* Friderico II. Aventinus *l. 5. Annal. p. 510.* quo omnes [illegible] Heigius [illegible] & cum ipse Otto III. A. 984 à Principibus & Episcopis [illegible] electus, notumq; sit ex Speculo Sax. *l.3 artic. 57.* & Alberto Stadensi, sub A. 1240. Electoribus nondum competijsse jus eligendi absolutum, sed [illegible] eligere eum, quem Principes nominassent in Regem, utiq; apparet falsam esse communem opinionem, quæ Ottoni III [illegible]. Non obstat, verba A. [illegible] posse accipi de consuetudine interpretativa, quæ subsecuta sit legem Ottonis, & quod [illegible] à *posse ad esse* non valet consequentia, & oportet monstrare [illegible] ubi unquam extiterit, aut adhuc extet lex Ottonis, quam de consuetudine [illegible] inferre velle. Minus officit effugium illud vulgatum, quod historicis scriptoribus inter se dissentientibus credendum [illegible] sit in ea parte, à qua plures scriptores stant, adeoque cum omnes consentiant in eo, quod legi Imperatoriæ attribuenda sit Electorum constitutio, non esse curandum, hic

dissen-

[illegible] authore. *per l. 1. D. de Offic. quæst. [illegible]* Semper [illegible] principium, & monstrandæ nobis sunt tabulæ; deinde historiis non [illegible] fides, quando rejiciuntur à lege. [illegible] 287. *num.* 8. Cum ergò A. [illegible] consuetudinem [illegible], utique [illegible] non esse disputandum de fide scriptoribus historicis [illegible]. Succedit [illegible], quem cum Hostiensi, Platina & aliis [illegible] Bellarminus *l. 3. de* [illegible] *c. 3.* ubi [illegible] multis persuadere nobis conatur, Pontifici Romano [illegible] esse Electorum Constitutionem. Sed verò [illegible] Bellarminus ipse [illegible], quo tempore aut à quo Pontifice lata fuerit ejusmodi constitutio, communis iste error quem tanto labore propugnare annisus est Bellarminus, rectè ac solidè refutatus primum est ab Onuphr. Panvinio *de Comit. [illegible]* [illegible] fraudemque apertius detexit cum Lehmanno. *l. 5. Chron. [illegible] c. 1*[illegible]. Conringius [illegible] *de Electorib. Imperij Germanici.* Limnæus. *in addition. ad [illegible] publ. c. 1. & in Annotamentis ad Capitulat. Caroli. V. pag.* 258. *& seqq.* quo [illegible] causa me remitto, ne actum agam.

[illegible]) Jus conducendi, quod Bulla hic describit, [illegible] est securitas publica à Statibus præstanda Electoribus, vel [illegible] ad Electionis actum proficiscentibus, eorumq; territoria ac ditiones [illegible], qua mediante securi & inviolabiles ad locum Electionis [illegible] queant. Alias patet latius, & pertinet ad Regalia majora, [illegible] *[illegible] quæ sint regal.* non refertur. A. Knichen. *de [illegible] c. 3. n.* 181. *& seq.* [illegible] ac indicium juris territorialis. [illegible] 1548. §. ferner [illegible] Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. [illegible] cap. 5. n.* 104. *& seq.* Effectus juris conducendi consistit in eo, quod conducens tenetur defendere eum quem conducit, & ab omni violentia ac injuria conservare tutum. [illegible] 1559. [illegible] tenetur conducens ad refusionem damni perpessi. [illegible] *2. [illegible] 64.* [illegible] fuerit, ut Dominus territorij adhibita omni [illegible] non potuerit resistere. Schurff. *cent. 2. consil. 2.* Myler. *de Statib. [illegible]* 50.

[illegible]. [illegible]

[illegible]) Hinc valdè infringitur opinio eorum, qui Civitatibus Imperij jura [illegible] & territorij negare sunt ausi, quos inter est Knichen. *de jur. territor.* [illegible] *de feud. cap. [illegible] 13. lit. b.* Novæ isti opinioni vel sola ob[illegible] quæ apud ICtos tanti est roboris, ut ita possessum in dubium re[illegible] Petra. [illegible] *574.* maximè cum certum sit Jura territorij & [illegible] tempore immemoriali præscribi. Balb. *de præscript. 2. p. 5. p. pr.* [illegible] *de [illegible] lib. 1. §. 2. n.* 60.

331 *subeunt)*

subeant) In conductione Electorum speciale est, quod negligens in conducendo, aut conductum prorsus negans, incurrat pœnam perjurij ac banni.

impune licebit invadere) Gravissimam esse pœnam Banni Imperialis hinc liquet. Bannitus enim wird auß dem Frieden in Unfrieden gesetzt/ vñ sind jhre Leib/ Haab vnd Gut/ wie eines Vogels in der Lufft/ jedermänniglich erlaubet. C. O. *part. 2. tit. 9. Gail. 2. P. P. 1. n. 24. & seqq.* An ergò bannitũ licebit quoq; occidere? ita vult Clarus *§. homicidium n. 52. 54.* ubi quod occidens bannitũ sit tutus in cõscientia, & dicatur executor Justitiæ. Bald. *in l. reos. Cod. de accusat.* Ego ut hanc sententiam in casu resistentiæ armatæ recipi posse puto, ita aliàs occisionem banniti non approbarem, nam verba illa, daß er an Leib vnd Gut frey gemacht wird/ hunc habere sensum possunt ut à quovis capi & superiori sisti debeat bannitus. Atque hæc sententia humanior, ac conscientijs tutior est. Sanè si ob crimen perduellionis quis bannitus fuerit, & crimen adeo foret notorium, ut bannitus nulla excusatione se posset tueri, superior etiã in literis banni interfectionẽ permittat, daß er entweder lebendig oder todt gelieffert werden sol / non dubitandum, quin occidi posset. Sicut enim in corpore humano membrum putridum maturè abscindi debet, ne pars sincera trahatur, ita in Republ. conducit quandoque, perniciosos è medio tolli, ne unius macula totum inficiat Reipubl. corpus. Obrecht. *ad l. 3. D. de Inst. & Iur. id. 22.* idque nonnulli eò extendunt, ut filius possit interficere patrem perduellem, Decian. *Tr. Crim. l. 7. c. 39. n. 8.* sed hanc sententiam crudelem & impiam abhorret Clarus *sup. d. l. n. 59.* nec aliter id licere filio dicerem, nisi in casu *l. 35. D. de religios.* ubi pater ipso actu crudeliter oppugnat patriam & liberos, & monitus desistere noluerit.

Ad §. decernimus.

vendere ac facere vendi teneantur) In Republ. benè constituta magna semper adhiberi cura solet, ut populus omni genere victus abundet, eaque annonæ cura Romæ inter primaria urbis fuit munera, & annonæ præfectus dignitate subsecutus est Consules. Lather. *de Censu. l. 3. c. 7. n. 102.* Præfectorum annonæ fit mentio *in l. 2. §. 33. D. de Orig. Iur.* qui etiam dicebantur Aediles Cereales. *d. l. 2. §. 32. deinde Cajus. eod. tit.* In Imperio Germanico cura annonæ pertinet ad Circulos; Limnæus. *l. 4. de Iur. Publ. c. 7. n. 52.* & in Comitijs ad Mareschallum Imperii; Arumæus *de Comitijs. c. 6. n. 80. & seqq.* ubi *Ordinationem annonariam* refert. Annonæ autem nomine venit frumentum, panis, vinum, oleum, cerevisia, sal, acetum, lardum, carnes, palea, fænum, ligna, & omnia usualia, quæ ad pondus venduntur & mensuram, ac ad victum pertinent. *l. 1. 2 8. Cod. de erogat. milit. annon.* Ad hanc annonariæ rei curam pertinet, ut omnium rerum copia pretio justo præstò sit, mo-

nopolia

nopolia & dardanarij, qui annonam attentant vexantque, abrogentur ac puniantur, cæteraque ordinentur, quæ ad abundantiam annonæ quovis modo conducunt. Quo pertinet statutorum erectio, ne frumenta aliæq; res comestibiles ex territoriis ad extraneos evehantur, Pol. Ord. 1577. tit.22. Quòd si in flagellatores annonæ non animadvertere velit Magistratus loci, Fiscali Cameræ ad instantiam condemnatur in 100. marcas auri. Pol. Ordnung zu Augspurg 1548. tit. de Monopolia. §. zu dem sol auch. A. Bulla v. pœnam perjurij cum privatione jurium ac privilegiorum imponit, si quid in fraudem annonæ fuerit à Civitate admissum.

Ad §. quisquis.

sive non duxerint exigendum) Refellitur hinc Arumæus, qui *de Comitijs c. 5. n 56. & seqq. & in Discurs. 1. ad A. Bull. th. 22.* ex intermissione non petiti conductus Dominum territorij non teneri ad refusionem damni perpessi voluit. Tenetur enim Dominus territorij ad securitatem provinciæ officij necessitate Sixtin. *l. 2 de Regal. c. 2. n. 32.* Myler. *de Imperij Principib. cap. 69. per l. 1. §. quies. D. de Offic. Præsid.* eaque sententia omninò quoad Electores recipienda videtur, quia his majori securitate publica prospicere voluit Carolus. Nihil suffragatur Arumæo textus in *§. volentes in h. tit.* I. quia arbitrio Electoris ibi relinquitur, velitnè conductum petere, & quidem eo fine, ut requisitus ad conductum pro Electoris dignitate commodè se præparare possit.

Ad §. si verò aliquis cum seq.

dissensio verteretur) Ex capite inimicitiæ, guerræ aut dissensionis, quam Electores vel inter se aut cum alijs Principibus habent, salvus conductus Electori negandus non est. Quamvis. n. aliàs nemo teneatur hosti vel inimico transitum per territorium ac ditiones suas concedere, id tn. fallit in salvo conductu necessario & qui pro Reipublicæ bono præcipitur, qualis est is, qui debetur Electoribus, ad Electionem Regis Romani euntibus. Hic enim Electori, quamvis inimico, necessariò præstandus est, & quidem sub pœna amittendi pro eâ vice suffragij, si sit Conductor, *§. si vero aliquis Princeps* & perjurij, privationis feudorum & proscriptionis, si fuerit ex Ordinibus, qui negaverit transitum. *§. si qui vero alij Principes.* Hodiè tamen ob firmatam pacem publicam in Imperio vulgò Landfriede/ Conductus Electorum tàm accuratè præscriptus in desuetudinem ferè abijt, teste Marq. Freher. *de tutel. curaq; testam. cap. 12.*

Ad §. ad præmissorum.

Item conjunctim.) Transitus securus, præstatur vel præsidio ducum, vel diplomate; illud Germanicè das lebendige Geleit, hoc das schrifftliche Geleit appellatur. Utrumque ex necessitate præstari Electoribus jubet Carolus. *§. ad præmissorum. §. seq.* Conductus præsidiarius eo tempore præstandus est Electoribus ad Electionem proficiscentibus; Diplomatibus a, eo sunt a Carolo requisitus, ne a quoquam desuper excusatio aut controversia moveri queat. Singulis verò Electoribus certi pro conductu assignati sunt Principes, Comites, Nobiles, & Civitates, qui enumerantur *in* §. *Primo namque.* §. *deinde.* §. *Item Archiepiscopum.* §. *deinde Coloniensem* §. *seq.* Et cum hodie *Dux Bavariæ* inter Electores numeretur, de hujus conductoribus nondum quid audivimus certi; Interim pro indubitato habentur, omnes Status, quorum territoria ad Electionem proficiscens transit, teneri ad præstandum salvum conductum.

ad §. Deinde.

Non credo hîc excludi à Moguntino posse Landgravios Hassiæ ratione Comitatus Catimelibocensis, *idq; propter §. præmissis* [illegible].

ad §. præmissa.

ac etiam ultra, quando poterit) remittam.) Germanica versio habet: Auch so ferr er es ungefährlich vermag. Equidem regulariter Jus conducendi competit nemini nisi Domino territorij. R. A. 1548. §. ferner zu noch mehrer. R. A. 1555. §. nachdem aber [illegible] & de anno 1566. §. nachdem aber. Cohæret enim jus illud territorio. Sæpe tamen Principes Imperij in alieno territorio etiam Jus ac Regale viæ publicæ sibi acquisivêre, idque fieri solet vel præscriptione, aut pacto speciali. Mail. *de* [illegible] *conducentibus, 2. n. 38. & seqq.* & appellatur [illegible] quasi [illegible] *d. loc.* Sic Dux Wurtenbergiæ jus conducendi habet per [illegible] territorium, teste Knipschild. *de Jur. & privil. Civ. Imp.* [illegible] Hassiæ per Wetteraviam, Fridbergam, districtum item Hanoicum, [illegible] ctum Wetteraviæ usque ad speculam Francofurdanam, biß an die Frankfurter Wart. ut vocare solent. An qui in alterius territorio habet Regale viæ publicæ, die Herrlichkeit deß Gelaides possit etiam cognoscere ac punire de facinorosis, an potius punitio

[illegible]

criminum ſpectet ad territorii Dominum? Pro territorij Domino facit, quia Jurisdictio cum Jure Regali nihil habet commune, ſed toto genere ab eo differt. Bocer. *de Regal. c.2 n.145.* unde ab uno ad aliud non licet argumentari, ſed cognitio ſuper crimine potius pertinebit ad territorij Dominum, qui juriſdictionem ibi habet. Guid. Pap. *Decis.573.n.1.* Roſenthal. *de feud. c.5. concluſ.* [illegible] E contra pro Domino, qui Jus conducendi habet, reſpondit ac decidit Knichen. *de Iur. territor. c.4. & de Saxon. non prov. jur.* [illegible] *Ducum. c.5. n.*100. 101. Hoc omnino ad uſum ac obſervantiam reſpiciendum eſt, quæ ſi Domino deß Geleids tribuit cognitionem & punitionem criminum, procul dubio is obtinet. Bidenbach *quæſt. nobil.* 12. *n.*3. atque ſic ſæpè novi Principem Haſſiæ, Dominum meum clementiſſimum crimina tempore deß Geleidens commiſſa punijſſe; ubi verò de uſu & obſervantia non conſtat, dubio procul prior ſententia in puncto juris verior eſt. Bidenbach. *d.q.*12. *num.*2. neque enim ex actu deß Geleids inferri poteſt ad alios Juriſdictionis aut Juris territorialis actus. Caſpar. Klok. *vol. 1. conſil. 9. num. 96. & conſil. 29. num.* 352. *& ſeqq.* ſed obtinet potius hic regula vulgaris, tantum poſſeſſum, quantum præſcriptum vel pactum. Quod ſi ulterius quæratur, An coercitio criminum in alieno territorio commiſſorum ſpectet indiſtinctum ad conducentem, ubicunque ea fuerint commiſſa, an de ijs ſaltem cognoſcere & punire poſſit, quæ ſunt commiſſa in viâ publicâ & in ipſo actu conducendi? reſpondebat Bidenbach. *in d.q.* 12. *num.* 4. illorum criminum coercitionem ſpectare ad Dominum, der in geleiden hat/ quæ ſunt commiſſa in via publica, auff der Geleidsſtraß/ & in ipſo actu conducendi, reliqua autem crimina, quæ extra viam publicam committuntur, ſpectare ad Dominum territorij. Monet tamen *ibidem* [illegible] *quæſt. 7. n.*5. ſpectandum tamen eſſe ad uſum & conſuetudinem.

Ad §. præterea.

Duplici modo ſolent hodie in Imperio Conventus Electorales inſtitui, vel enim conveniunt DD. Electores cauſa eligendi Regem Romanorum, qui conventus [illegible] nomine deß Wahltags; vel propter neceſſitatem Imperij publicam [illegible], qui Conventus ſolet dici Collegialtag. De hoc dicetur infra [illegible] Tit. [illegible] De illo impræſentiarum eſt agendum. Inſtituitur autem Conventus Electoralis [illegible] Wahltag tum, quando Regnum Germaniæ vacat vel morte, aut [illegible] depoſitione Imperatoris, aut deniq; ſi juxta morē hodie receptū, [illegible] cauſa Electores vivo adhuc Imperatori, cum vel ſine [illegible] adjungunt Succeſſorē. Ut verò rite inſtituatur convētus, oportet [illegible] ordinē ac modū in A.B. accuratè præſcriptū. I. ArchiEpiſcopus Mogun-

Moguntinus, tanquam Decanus & Collegij Electoralis Director convocare tenetur omnes Coelectores, ut à die literarum intra tres menses veniant vel ipsi, vel Nuncios cum plena & omnimodò potestate ad eligendum Regem mittant Francofurtum. Jus hoc convocandi non semper competiisse Moguntino testantur historiæ, sed olim vel ad totum Collegium, ut indicat M. Freher. ad *P. de Andlo. l. 2. c. 2.* vel ad Moguntinum & Palatinum conjunctim, juxta Spec. Saxon. *c. 2* . §. 3. vel ad Electores alternative pertinuit juxta Cuspin. *in Carol. IV.* sicut verò circa officia Electoralia pleraque cum tempore & usu invaluerunt, ita tandem ad Moguntinum inter cætera transijt jus convocandi & quidem Carolo IV. teste, ab antiquo. vid Arumæ. *Disc. 1. ad A. B. th. 23.* Competit verò jus istud Moguntino non ut Archi-Episcopo, sed ut Electori ac Principi, adeoque Capitulum sede vacante hoc jus exercere non potest. Buxtorf. *ad A. B. conclus. 15. lit. c.* Arumæus *de Comit. c. 4. n.* 103. quemadmodum & Archiepiscopus Moguntinus jus convocandi consequitur, etsi Pontifice à pallium nondum acceperit, & sit confirmatus. H. Vultej. *c. 1. de feud. n. 7.* Limnæus. *l. 3. iur. publ. c. 3. n. 41. & seqq.* quanquam enim ex Concordatis nationis Germanicæ quæ Fridericus III. cum Legato Pontificis inijt, & Nicolaus V. confirmavit, Imperator non debeat Regalia conferre Episcopis, nisi fuerint à Pontifice prius confirmati, id tamen hodiè aliter observatur, & refert Buxtorf. *ad A. B. concl. 18. sub lit: b. in fin.* admissum fuisse Electorem Coloniensem, etsi ab Imperatore nondum fuerit investitus. Distinguunt hic alij inter Electores Ecclesiasticos & Politicos, ita ut isti non admittantur nisi investiti ab Imperatore, hi verò admittuntur, etsi nondum investiti, in quorum numero est *Dn. Cancellarius* D. Schûz. *vol. 1. Iur. publ. disp. 2. th. 12. lit. c. d*

Singulis Principibus Coelectoribus) Omnes & singuli Electores ad Electionis actum vocandi sunt, idque adeò pro forma requiritur, ut vel unius præteritio & contemtus plus obstet electioni quam contradictio multorum. Sic Wladislaus Boëmiæ Rex, Electionem Maximiliani I. 1486. institutam ex capite non factæ citationis seu vocationis diu legitur impugnasse, donec placatus cautione Comitiorum. An. 1489. Francofurti celebratorum electionem istam habuerit ratam. Potest enim is qui ad Electionem non est vocatus, nullitatis arguere Electionem si velit. Reinking. *de R. S. & Eccl. lib. 1. class. 3. cap. 3. n. 17. & seqq.* Equidem nonnulli nuper Electionem Ferdinandi III. ob non citatum Trevirensem impugnare sunt ausi, sed irrito prorsus ausu, non tantùm quia tum temporis Trevirensis ob admissum delictum vocari non potuit, per tradita Limnæi *in addit. ad Capit. Ferd. 3. pag.* 746. sed etiam, quia posteà reconciliatus Imperatori, Electionem ratificavit, teste Carpzovio *Disput. 2. Feud. in quæst. 5. ad A. B.* Suspecta, hinc meritò sunt, quæ in præjudicium Austriacorum circa hoc thema recensuit P. Piasecius *in Chron. Gestor. in Europa. sub. An.* 1636.

Eccle-

Ecclesiasticis & secularibus.) Causa, cur Electorum Collegio additi fuerint Ecclesiastici? non una solet adferri. Andreas Knichen *de Saxon. non provoc. jur. c. 1. n. 319. verbo. Electorum.* id inde factum putat, quia duplici Principum ordine decoratum sit Imperium, & ne Ecclesiastici habere possint, unde conquerantur. P. Heigius *1. q. 4. n. 61.* rem adscribit Veterum devotioni ergà religionem. Peterus *5. Chron pr. pag. 12.* eo consilio factum dicit, ut Ecclesiastici res sacras tractando, & religionis puritatem tuendo simulque consulendo: Politici & seculares consiliis ac armis Rempubl. juvarent & amplificarent. Hinc alii Imperium Sacrosanctum dici philosophantur. Quale fuerit judicium Sleidani & Julii Pflugii, indicat Limnæus *3. Jur. Publ. c. 1. in fin.* Elige cui dicas, tu mihi sola places.

literis intimare) Convocari debent à Moguntino Electores literis patentibus, & literæ mitti per speciales Legatos, idque adhuc hodiè ritè observavit Elector Eminentissimus Moguntinus. Literæ istæ citationis, sive, ut mitiùs loquendum videtur, vocationis sunt, & instar aliarum citationum judicialium continere debent 1. nomen vocantis & vocati 2. terminum 3. locum 4. causam.

intra tres menses) Spatium hoc trimestre ex justa ac urgenti causa vel laxari aut arctari posse, satis explicat Arumæus *Discurs. 1. th. 31.* nimirum bonâ omnium Electorum vel majoris partis voluntate: quò faciunt, quæ habet *summa Angelica. verb. Electio n. 15.*

Francofurtum) Olim locus eligendi meri fuit arbitrii, hodiè ad observantiam juris est redactus, adeò ut non semel Electiones alio factæ loco nullitatis fuerint insimulatæ. De Caroli IV. electione id notat Cuspinianus *in ejus Vita*; & ex lectione Sleidani notum est, Saxonem hoc argumentum opposuisse Ferdinandi I. electioni. Nibilominus verò ex justa & rationabili causa Electio alibi potest fieri. *tit. 25. § invenimus autem.* Sic Rudolphus II. & Ferdinandus III. *divæ memoriæ* Imperator, Ratisbonæ electus est, Ferdinandus IV. Augustæ Vindelicorum. *31. Maji An.* 1653.

vel suos legales nuncios) Olim tùm demum Elector mittere solebat nuncios, si ipse justa causa impeditus venire non poterat ad electionem, eæque causæ juramento Nuncii solebant confirmari exemplo juris canonici, quod juramentum à Legato solet exigere. *c. 42. § illud X. de Elect.* Usus verò hodiernus id non observat, neque A. Bulla mentionem facit ullius juramenti. Solet autem in casu, ubi plures ab Electore aliquo sunt missi, ad Electionis actum admitti unus, inter Legatos qui est præcipuus. Rumelin. *Differt. 6. th. 14. ibiq.* Migler.

cum plena ac omnimoda potestate) Quamvis de jure canonico valeat mandatum ad certam personam restrictum *c. si quis § si porro. X. de Elect. in 6.* aliter tamen se res habet vigore A. Bullæ. Reinking *de R. S. & E. lib. 1. cl. 3. c. 3. n. 8.* atque sic ex

334

Lehmanno Myler. *in addit. ad Rumelin. Diss. 6. p. 2. th. 15.* notat, in Electione Ferdinandi II. remoram electionis afferri potuisse, quod Electoris Saxoniæ Legatus accesserat cum mandato nimis limitato & restricto. Quid verò est, quod Author *Relationis Elect. Ferd. IV. §. 7.* dicit, affirmasse Brandeburgicum Blumenthalium, se in mandatis expressis habere, ut vovat pro Rege Austriaco? Nimirum potest quis mandato instructus esse generali, cui nihilominus tandem inserta sit certa persona aut familia. Quinimò consuetudine introduci non potest, ut subsistat mandatum restrictum, quod notum erit iis, qui arcana Collegii Electoralis penetrarunt exactius. Sanè Waldemarus Brandeburgicus in commissis dedisse legitur Legato, ut eligeret Fridericum Austriacum, qui, quod contra mandati certi tenorem Ludovicum Bavarum elegisset, capitis pœnam subiit. Rumelin. *ad A. B. p. 2. Diss. 6. th. 15.*

Ad §. 2um a.

Rege Romanorum obito) Patet hinc, Regem Romanorum ex A. Bullæ mente vocari eum, qui eligitur mortuo Imperatore, atque adeò in A. B. solum agi de ordinario Eligendi casu, qui est, si Imperator vel decesserit, aut resignaverit, vel ab officio fuerit remotus. Unde simul palam fit, electionem quæ ab Electoribus in solatium Imperii ex justâ causâ *vivo adhuc Imperatore* unquam suscepta fuit, esse extraordinariam, quam Onuph. Panvin. quasi coactam nominat *de Comit. Imp. c. 5.* Quanquàm verò negari nequeat, ejusmodi electione [illegible] non adeo bene prospici liberæ electionis legi, ut [illegible] consideranti, maxime, ubi ex unâ eâdemque familia electiones continuantur serie non interruptâ; [illegible] prudentiores, sicut veteres Germaniæ moribus [illegible] fuerit illa ex successione hereditaria & liberâ electione mixta constituendorum Regum ratio, sic optimè hodie contigisse Germaniæ, quod ducentis jam amplius annis placuerit Electoribus ex parte illam originariam successionem veterem rursus observare, quod nisi factum fuisset, ne umbram quidem Imperii Germanici jam superfore. Ne autem ad meram successionem tandem res devolvatur, cautum est juramento præcaveri, ne electio aliter [illegible] successori in Imperium sibi arroget. *Cap. Cæsar.* 6. [illegible] Succession [illegible], qui *in* [illegible] *anno* 1632. [illegible] Imperium Germanicum pro hereditario [illegible], quod Imperatori vivo designetur successor ex una eademque familia, [illegible] ctionis jure Imperii Germanici gubernacula concedi potuerunt, [illegible] per integros 107. annos, Francorum per annos 102. [illegible]

[illegible]

[illegible] dubitaret gravissimis ex causis electionis metam ultra continuos 180. annos in Austriacorum familia perstitisse.

[illegible]) fatale intimationis est mensis unus, à die notitiæ obitus [illegible], intra hunc Moguntinus notificare tenetur Dominis Coelectoribus obitum Imperatoris, eosque convocare. Intimatione autem sic facta Electoribus, tenentur comparere Francofurti intra trium mensium spatium, quod comparitionis fatale dici potest, & currit à die literarum convocationis datarum. *§. præterea, sup. h. t. & §. qualiter autem.*

negligens aut remissus) Si ex incuria aut negligentia Moguntini aliquis Electorum non fuerit vocatus, non eo ipso electio efficitur nulla, sed tenetur [illegible] propria fidei suæ virtute ad Electionem venire, & actui interesse. [illegible] *ad Capitul. Ferdin. III. pag.* 746. atque sic non semper ob non vocatum aliquem Electorum electio nulla est.

Ad §. debet a.

& cassatas) An ergò nec Provincialibus licebit convenire invicem, inconsulto Principe? In tantum hoc negat Tiber. Decian. *Tr. crim. l.* 7. *c.* 20. *n.* 14. 30. ut non possint convenire citra consensum Principis ordines Provinciales, etsi fuerit tyrannus, adde Farinac. *de de crim. læs. Maj. quæst.* 113. *inspect.* 8. *n.* 241 *& seqq.* Contrariam sententiam, quòd liceat convenire Provincialibus inconsulto Principe, tuetur Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 10. *sect.* 10. *n.* 28. quia hujusmodi conventus subditorum & vasallorum censeantur fieri ad bonum finem, adeoque sint liciti, etsi adsit constitutio, prohibens coadunationes & conventus. Accedit, quod collegia de jure non prohibita, (quale constituunt ordines Provinciales, vulgò Prelaten / Ritter und Landschafft:) juris necessitate non adstringantur consensum requirere superioris, ut conveniant. Menoch. *consil.* 28. *n.* 11. Pro resolutione quæstionis tenendum I. hic non quæri de casu, ubi consvetudo loci vel regionis ejusmodi conventus citra omne dubium permittit. II. distingvendum erit inter causas conventum instituendi: vel enim hæ sunt publicæ, salutem patriæ concernentes, aut sunt privatæ: Illo casu simpliciter stringunt rationes Deciani, nam conventum agere & patriæ saluti prospicere ad jura Majestatis pertinet. Andr. Gail. *de Arrest. c.* 7. *n.* 14. Hoc casu, causæ rursus vel tales sunt, ut indigeant confirmatione superioris, vel tangunt litem aut gravamen, quod cum ipso superiore habent: in illo priori membro indistinctè rursus obtinet regula, ut exquiratur consensus, & in congregationibus interveniant ordinarij & officiales superioris. *gl. in l. nulli D. quod cujus. univ. nom.* Sese *de inhibit. cap.* 29. §. 1. *a. n.* 23. *& seqq.* alias universitas se congregare nequeat. Trentac. *Var. Resol. lib.* 1. *tit. quod cujusq. univ. nom. c.* 1. posteriori membro distinctionis absque interventu officialium possunt convenire ordines pro habendo recursu ad superiorem, ut recipiantur & emendentur gravamina. Sola. *super constit. Sabaud. gloss.* 12. *sub n.* 3. *tit. de Castell.* Borell. *de Magistr. Edict. c.* 8. *n.* 21. *lib.* 5. atque sic in pluribus causis gravaminum decisum testatur Fab. Anna. *singul.* 367. Par. de Puteo *Tr. de Syndic.* §. *de offic. synd. vers. pone. n.* 3. quia alias sequeretur tyrannis, si subditi gravarentur à Principe, nec tamen possent liberè se suaq; jura tueri. Reg. de Pont. *Tr. de potest. Proreg. tit. de abundant. civit.* §. *fin. n.* 17. ut verò Principi hoc casu suus deferatur honor, & subditi ab omni suspicione se liberent, consilium

consilium optimum est, ut priùs petant licentiam congregandi, & causam conventus exponant, ita ut negatâ demum facultate conveniendi nihilosecius convenire queant. Riccius *part. 6. Collect. Decis.* 2412. *vers. decimo tertio* ubi sic in Consilio Neapolitano decisum refert; adde Novarium *Tom. 1. de gravam. Vasall.* 301. *n.* 3. 4. ubi plures allegat. atq; Menoch. s. allegatus sic seipsum explicat. *n.* 11. & 14.

formasse noscuntur) Jus Fœderum pertinet ad Majestatis jura. *l.* 1. *pr. D. de constit. Pr.* Arnisæus *de Iur. Majest.* 1. *c.* 3. *n.* 3. Hoc jus participant Imperij Principes ex antiquo libertatis favore & titulo, ut pro conservandâ pace publicâ & defensione suâ pacisci ac inire fœdera cum alijs queant. R. A. 1529. §. vnd als im Abschied. Mynf. 6 *obs.* 2. *n.* 4. & *seqq.* Reinking. *de R. S. & E. l.* 2. *cl.* 3. *c.* 3. *n.* 27. latè Carpzov. *de L. Reg. Germ. c.* 6. *sect.* 6. modò non cedant in Imperii detrimentum, præjudicium & damnum. R. A. 1495. tit. Handhabung deß Friedens. §. auch sollen wir. Besold. *de feder. c.* 3. *n.* 6. & insuper exceptus in ijs fuerit Imperator & Imperium Carpzov. *d. loc. n.* 10. 11 & *seqq.* ubi simul testatur, subsistere Principum fœdera, etsi fuerint facta Imperatore inscio. adde Buxtorf. *ad A. B. th.* 98. *lit. h.* Killinger *de Ganerb. Castror. Discurs.* 15. *n.* 34. & *seqq.* non obstant verba Bullæ, super generali pace provinciarum, quæ videntur excludere fœdera particularia: nam Imperium ipsum pacatum esse nequit, ubi singuli non fruuntur pace. D. Schütz. *vol.* 2. *Disp.* 12. *th.* 6. *lit. a.* Hujusmodi fœdera iniri possunt etiam cum diversæ religionis hominibus Carpzov. *de L. Reg. German. cap.* 6. *sect.* 4. *num.* 29. & *seqq.* sed an pro defensione religionis iniri fœdus possit salva conscientia etiam contra Imperatorem? difficillimæ quæstionis est. Affirmativam plurimi tuentur apud Hortledder. *l.* 2. *de caus. bell. German. part.* 2. *per tot.* Wahremund. ab Ehrenberg *de federib. l.* 1. *c.* 2. *n.* 14. quos sequitur Carpzov. *de L. Reg. German. d. c.* 6. *sect.* 8. *n.* 14. & *seqq. junct. sect.* 9. quò conferre videntur textus in R. A. 1555. §. ferner verpflichtē. §. vnd damit solcher. §. solches alles vnd jedes. Sanè multa circumspectione ac cautione hîc opus, & omninò ante omnia deliberandum rectè ait D. Schütz. *vol.* 2. *disp.* 10. *th.* 3. *lit. c.* 1. an status Imperij rebus suis aliter consulere omninò non possint. 2. num defensio illa Statui publico majus periculum sit allatura. 3. juxta pacis leges amicabili compositioni adversarius sistere se & locum dare nolit. adde Besold. *de jure Ecclesiast. Majestatis c.* 8. Sanè ob religionis schisma miserrimè hactenùs Germania decubuit, interq; se ad propriam gentis ruinam commissi sunt cives, ut caput extollere & dignitatem tueri vix queat amplius, ad ludibrium æmulorum.

duxerimus ordinandum) Circa fœdera Principum duo Imperatori reservata hic leguntur 1. declaratio, quòd fœdera in suo vigore maneant. 2. potestas aliud circa fœdera istiusmodi statuendi. Hæc verò potestas Imperatoria non est absolu-

ta, uti existimat Dn. Lindenspür *ad h. tit.* [illegible] Princi-
pes, sit revocabile, & dependeat à solius Imperatoris [illegible] libera. Po-
tius ista venisse [illegible] A. Bullæ sensus est, quod [illegible] pace com-
muni & defensione propria [illegible] quemadmodum legi alli-
qua Imperij generali non prohibentur. Killinger. *de* [illegible] 13. *n.*
34. Deinde conjungenda est A. Bulla cum posterioribus Imperij Recessibus, ac
novissimè etiam cum Instrumento pacis Osnabrugensis, ubi Imperij Principibus,
Comitibus & Civitatibus liberis jus pangendi [illegible] aliorum absq; Im-
peratoris prævii cognitione. Limnæ. [illegible] *seqq.* Carpzov. [illegible]
2. *n.* 14. & *seqq.* Sane [illegible] Imperio ipsi esse
nociva & perniciosa, Imperatoris [illegible]
tare possit, quoties [illegible] Majestati & re-
liquis Imperij Ordinibus, ne [illegible] authoritate [illegible] perniciose erectur.
Neq; enim possunt Principes fœdera pangere, neq; inter se neq; cum [illegible]
contra legem de pace publica. Königl. Landfried zu Wormbs. 1495. [illegible]
hebung [illegible] Jul. Pflug. *in Orat. de* [illegible] *Reg. German.* [illegible]
usum [illegible] Maximiliani legem.

[illegible] præterea [illegible] A. Bulla [illegible] posse Principem [illegible]
rū Imperij, qui illicitas & nocivas Imperio confœderationes [illegible]
docet Carpzov. *cap.* 6. *sect.* 5. *num.* 5. & *est* [illegible]
ob. 98. *lit.* 1.

Ad tit. 16.

Pfalburgerii appellari) Pfalburger unde dicti, non [illegible] doctores.
Nonnulli volunt esse incolam. Bocer. *cl.* 3. *Disp.* 23. [illegible] Killing. *de*
Gemeb. Castror. disc. 3. *n.* 86. alij derivant à Gallico [illegible], quod [illegible]
um, [illegible] Pfahl [illegible]
Pfalburger esse qui [illegible]
Disserv. [illegible]
res [illegible] vocabula [illegible] à Græcis [illegible]
Alij [illegible] significare [illegible] significatio [illegible]
scriptioni Pfalburgerii [illegible] conformis, ut in Pfalburger [illegible]
vel Domini, qui [illegible]
[illegible]
[illegible] privilegiis [illegible]
[illegible] refert constitutionem Henrici, daß [illegible]
Wolen

Edlen/vnd der Kirchen Leute in seinen Städten nicht angenommen werden sollen. Simili fraude in Regno Galliæ circa Philippi pulchri tempora nonnullos cives se denominasse Burgeois du Roy ex Pasquierio notat Besold. *d. loc.* ut subtraherent se jurisdictioni inferiorum, in quorum territorijs habitabant.

procurarunt) Jure civili poterat quis pluribus locis habere domicilium. *l. 7. Cod. de incol. c. ult. ibiq́. Panorm. X. de for. compet.* Hodiè nemo potest esse plurium locorum civis invito suo Domino. Gail. 2. *Obs.* 36. *num.* 7. quia aliàs onera debita Reipublicæ facilè possent eludi in commune detrimentum, & daretur materia varijs litibus. Buxtorf. *th.* 99. *lit. c.* Sic in Recessu Imp. *de anno* 1512. §. Item als conquesti leguntur multi Status de Pfalburgeris: atq; hinc factum, ut domicilio originis hodiè validè renuncietur, si quis animo perpetuò alibi commorandi mutet locum. Grevæus. ad Gail. *d. conclus.* 36. unde & aliò migrans tenetur solvere jura migrationis vulgò Abzuggelt/ Nachsteur. de quo peculiariter scripsit Schvvanmannus & alij hinc inde, novissimè Knipschild. *de Iur. & privileg. civ. Imp. l. 2. c. 20.*

subeant in iisdem) Tum demum civis recipi potest ab alio, si civitati priori renunciaverit sine fraude, & reipsa transeat in aliud territorium, ibiq; cum familiâ larem foveat. Cothman. *Resp. Acad.* 19. *n.* 4. Arum. *Discurs.* 6. *th.* 11. eaq; renunciatio potest ab homine libero fieri invito licet Domino. R. A. §. wo aber unsere. neq; enim liber homo de jure communi prohibendus est, ne à civitate recedat *l.* 1. *§.* 2. *D. de condit. & dem.* & hæc sententia in Germania est recepta. Gail. *d. Obs.* 36. *n.* 7. Posse autem per statuta locorum contrarium induci respondit Socin. Jun. *vol.* 3. *consil.* 76. *n.* 1. adeò ut exeuntes contra banna & statuta, possint revocari sub pœnâ confiscationis bonorum. Menoch. *consil.* 1176. Petra. *de potest. Princ. c.* 3. *q.* 4. *n.* 61. & in specie de Germaniæ Principibus firmat Stamm. *de Servit. personal. l.* 3. *c.* 12. *n.* 11. ut adeò cavendum sit ab opinione Rudolphini *de Potest. Princ. Ital. c.* 6. *n* 113. notante rectè Franc. Nigr. Cyriac. *lib.* 1. *controv. for.* 78. *n.* 2. hæcq; opinio omninò vera est, si statutum illud procedat ex justâ ac necessaria causâ, nimirum si terra aliàs est depopulata Novar. *de Gravam. vasall. Tom.* 1. *gravam.* 75. *n.* 12. aut quæstio sit de homine proprio, & subditis alijs, qui tenentur Domino ad servitia personalia. *ibid. n.* 10. 13. Secus si Dominus nimis sævire incipiat in subditos, hoc siquidem casu non tenentur reverti, nec subjacent pœnis statuti. *n.* 14. *& seqq.*

centum marcas auri puri) Verificatur Marcæ appellatio non solùm in rudi materia, sed etiam in ipsius materiæ æstimatione, ut ex Thomingio notat Besold. *Thesaur. pr. verb.* Marck. Æstimatio autem *aurei* sive *solidi* pro Principum arbitrio variari cæpit: Jure Pandectarum 48. solidi ex librâ unâ cudi solebant. Hotoman. *in libr. de re numar. & de aureo Iustin. fol.* 378. postmodùm

circa tempora Constantini ex librâ auri conflati sunt solidi octoginta quatuor [illegible] *l.2. C. Theod. de* [illegible] Valentinianus & Valens 72. [illegible] *l.5. Cod. de suscept.* qui tamen auro fuere solidiores & graviores iis, quos Constantinus cudi fecerat: & ista Valentiniani & Valentis [illegible] Justiniani temporibus. Hodie autem longè minoris sunt ponderis, quàm Justinianei. unde Bart. *in l. quotiescunq. n.2. Cod. de suscept.* [illegible] hodie [illegible] Venetos constituere libram auri, ita ut octo ducati cudantur ex uncia. Florentius à Venningen *in consil.* 1. *vol.* 4. [illegible] *n.* 106. asserit 96. florenos Rhenenses constituere libram auri. Sed Andr. Alciat. *ad l.* [illegible] *D. de V. S.* affirmat, aureum, quo hodie utimur, ex generali consvetudine surrogatum esse aureo Justinianeo, & quæ de solido præcedentes cauta sunt, debere referri ad aureum Rhenanum, quamvis levioris ponderis, [illegible] hodie Marca [illegible] pro 72. aureis Rhenanis. Koppen. *Decis.* 5. *n.* 15.

Ad Tit. XVII.

inferre non posse) Olim nihil consvetius Germanis erat, quàm privatas inimicitias armis vindicare, eaque causa indicere bellum. Prave [illegible] consvetudini Carolus M. [illegible] & Ludovicus obicem ponere cœperunt, nihil vero [illegible] effici potuit. Speidel. [illegible] *lit. F.* [illegible] consvetudo (ne ita sæpè diceretur) [illegible] viandam. Carolus IV. [illegible] vestigiis [illegible] diffidandi [illegible] nem certis coarctavit limitibus, postmodum ad [illegible] bantur jus diffidandi, si quis justitiam [illegible] petrare. Friderici III. Reformation zu Franckfurt 1442. [illegible] daß niemand den andern [illegible] tandem constituta pace publica penitus sublatum ac sub fractæ pacis pœna prohibitum est. Landfried zu Wormbs *An.* 1495. [illegible] 1512. [illegible] R. A. 1521. [illegible] Landfried [illegible] [illegible] Hac lege nihil salubrius [illegible] Germaniæ [illegible] dandi lex [illegible] locum habent, qui non [illegible] Anton. *Diss. Cod.* [illegible] [illegible] & judicem [illegible] *l.* [illegible] *Cod. de* [illegible] dicere non debent [illegible] *in propr.* [illegible] alter alterum diffidaret [illegible] Stephan. *ad C. Carol.* [illegible] in Camera [illegible] documentum. Gail. [illegible] *Decis.* [illegible] [illegible] Bachius & alii complures; [illegible]

diffidationem

[illegible]) Ut coarctaret Carolus diffidandi licentiam, jussit adversario denunciari trium dierum spacio. Nimirum juri gentium convenit, ut communi prius amicitiæ & cognationis juri, quod inter homines natura constituit, renuncietur, antequam hostiliter possit agi: unde Cicero inter cætera justi belli requisita ponit, ut ante denuncietur, 1. *officior.* adeò ut nulla denunciatione facta animadverti in captivos, tanquam latrones possit Alber. Gentil. *de bello. l. 2. c. 1.* Gail. 1. *P. P. 4. n. 42.* vel ut Carolus ait, *sustineant pœnam proditoris, & absque justa clarigatione nulla damna inferri cum honore possint.* Non tamen hæc eò intelligenda sunt fini, quasi sola denunciatio bellum efficiat justum, hactenus enim verissimus est Plato, qui nullum bellum inter dominos justum, sed seditionem esse censuit, insuper verò ad belli justitiam requiritur, ut suscipiatur ex necessaria & legitima ratione ab his, quibus Deus jus gladij & belli commisit. Nonnunquam verò absq; clarigatione bellum inferre solent Magnates. Sic teste Appiano *in Lybicis* tertium bellum Punicum momento illatum & indictum, & observant Politici, denunciationem belli non esse necessariam 1. in bello defensivo 2. si agatur contra eum, qui prior bello non indicto vim fecit. 3. si res sit cum perpetuo hoste, quocum nulla intercedat pactio. 4. si periculum sit in mora. 5. si fuerit pugnandum contra rebelles & defectores. 6. Si auxilia ferantur socijs contra hostem pugnantibus, nisi hostis fuerit fœderatus ei, qui suppetias ferre parat. 7. Si bellum restauratur post finitas inducias longas. vid. Besold. *de art. jur. belli. c. 5. n. 4.* Adde H. Grot. *de jur. bell. ac pac. l. 3. c. 3. n. 5. 6.*

[illegible]) Jus belli & armorum privatis prorsus est interdictum. Arnisæ. *de Iur. Majest. [illegible] c. 5.* in horum numero sunt Principes superiorem recognoscentes. R. Heig. *[illegible] 12. num. 13. & seqq.* hi enim absque consensu Imperatoris nemini ne quidem extraneo bellum inferre possunt. Keyserl. Landfried. de anno 1548. §. Wo sie aber. Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 19. lit. c.* R. Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 1. nu. 17.* nisi quæstio sit de suborto periculo inopinato ac subito, vel agatur de defensione [illegible], aut contra subditos inobedientes & rebelles sit procedendum, vel denique ex Imperij constitutionibus contra Bannitos executio facienda, aut alijs Statibus auxilium sit ferendum: hisce enim casibus jus belli Statibus competere extra dubium est. R. A. 1555. §. So sich dann aber. R. A. 1570. §. Derohalben [illegible]. Idque procedit sive de universis Imperii Statibus quæstio sit, sive de singulis. R. A. 1555. §. Wo sie aber keine [illegible] cum simil. vid. Carpzov. *de L. Reg. Germ. [illegible] seqq.* Mager. *de Advocat. arm. c. 11. nu. 255.* Myler. *de Princip. Imper. cap.* Si atque huc pertinet jus instituendi armamentaria, jus lustrandi, [illegible] muniendi castra & fortalitia conscribendi milites, aperturæ & si quæ sunt similia, de quibus Myler. *de [illegible] cap. 75. 76. 77. 78. 79. & 80.* Quæritur autem,

An Princeps Imperii habeat ius armorum in casu,

 quo

quo non poteſt habere copiam iudicis? Ita ſtatuit Frider. Baro à Tautenberg. *ad tit.* 18. *pr* 2. *F.* ubi extendit ad caſum, quo Imperator adeſt quidem, ſed procraſtinatione eludat eum, qui conqueritur ſe damnum paſſum eſſe: condeſcendit in eandem ſententiam Carpzov. *d. tr. c.* 4. *n.* 7. Rumelin. *part.* 2. *Diſſert.* 6. *ad A. B. th.* 9. *verb. interdum.* Conrad ab Einſidel. *Tr. de Regal. c.* 2. *nu.* 39. *& ſeqq.* Obtinuit hæc ſententia quondam in Imperio, temporibus Friderici. III. ut ante dixi: ſed cum hodiè jus diffidandi prorſus ſit ſublatum, & ſanior Dd. pars exaudiat regulam in terminis, ubi ſuperior eſt mortuus & regnum ſit vacans abſque conſtituto Vicario Matth. de afflict. *ad Conſtit. Neapol. lib.* 1. *de cult. pac. rubr.* 8. *n.* 24. 66. inſuper Doctores in contrarium allegati probent ſententiam ex principijs juris communis, quo licitum eſt propria authoritate res ſibi ablatas recuperare, ſi fieri poſſit abſque armis & adverſario non reſiſtente, facilè apparet, quid de hac quæſtione ſit ſentiendum, maximè cum noviſſimâ Germaniæ pace fractæ pacis pœna in eos conſtituta ſit, qui ſibi ipſis jus dicere velint *artic.* 17. §. 6. atque ſic veriſſima eſt ſententia Myleri *in addit. ad Rumelin. d. Diſſert* 6. *th.* 3. hodiè in Imperio ne quidem ex capite denegatæ juſtitiæ Statibus permiſſas eſſe diffidationes. Eaque ſententia in foro conſcientiæ eſt tutior adeoque amplectenda. Sayr. *in Theſaur. caſ. conſcient. l.* 9. *c.* 14. *n.* 9 *& ſeqq.*

litesq; injuſtas) Ad injuſtas guerras & lites pertinent duella, quæ omni jure ſunt prohibita, niſi quis neceſſario ſe defendendo illud inire cogatur, vel propter Eccleſiæ ac patriæ ſalutem, adeoque publicæ utilitatis cauſa committatur. F. Vasquius. 1. *Illuſtr. controv.* 49. unde duella Principum pro ſalute & tutela Principatus ſuſcepta licita pronunciat Bocer. *de bello & duello. l.* 2. *c.* 3. *n.* 5. *& ſeqq.* Aliàs ſi quis oſtentationis cauſa provocetur ab alio, non tenetur provocatus comparere. Arumæus. *Diſcurſ.* 6. *ad A. B. th.* 19. Siquidem duella etiam ex parte provocati acceptantis ſunt prohibita. Corrad. *de duello. pr. n.* 1. Sylvan. *Conſil.* 51. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi dicit eſſe communem opinionem; ut adeò non malè defendat Dn. Fransky. 2. *Var. Reſol.* 23. tam provocantem quàm provocatum ordinariâ pœna plecti debere, quamvis aliàs communis opinio provocatum ab ordinaria pœna liberet regulariter.

incendia) Pœna incendiariorum hodiè eſt ignis. P. H. O. *art.* 125. qui articulus num adhuc admittat juris civilis diſtinctionem *in l.* 28. §. 12. *D. de pæn.* ita ut incendens oppidum comburatur vivus, caſam verò aut villam, puniatur mitius, apud Dd. controverſum eſt. Bocer. *tr. de crim. prædat. & incend. n.* 52. *& ſeqq.* affirmativam latè defendit: Negativam tuentur Rauchbart. 2. *q.* 10. *n.* 7. Gail. 2. *O.* 22. *n.* 6. M. Stephan. *ad d. art.* 125. quæ ſententia verbis conſtitutionis convenientior eſt & propior.

Spolia & rapinas) adde P.H.O. *artic.126.ibique.* M. Stephan. Carpzov. *Pr. Crim.p.2 q.90 per tot.*

inconsueta telonia) Qui telonia antiqua adaugent vel nova imponunt absque concessione Imperatoris & consensu Electorum, contra eos proceditur in Camera per mandata inhibitoria & restitutoria. Frider. 2. *Process.42.n.1.& seqq.* dixi *S.ad tit.9. verb.telonia.*

extorqueri consuetas) Pro conductu non licet exigere Quidagium, Glaidgeld/ nisi Dominus juris conducendi id ex privilegio vel præscriptione exculi & consuetudine cujusq; loci obtineat *arg.* R. A. 1548. §. ferner zu noch mehrer. ibi. an Orten es herkommen. Maul. *de Jur.conduc.tit.3.n.16.& seqq.* adeo ut nec Judæi Quidagium teneantur solvere, nisi præscriptione & usu fuerit obtentum. Maul. *de Jur.n.20.* sunt enim Judæi commerciorum capaces, ut dixi in *discurs. de Judæis.* adde R. A. 1551 §. diesen zubegegnen. *verb.* doch sollen.

Ad Tit. XVIII.

finaliter procedemus) Formula, quâ literis patentibus Moguntinum cæteris Electoribus intimare jubet mortem Imperatoris, eosq; ad electionem novi Regis convocare Carolus, *S.tit.1.* hic ponitur, eaq; ad concordiam inter Electores conservandam accurate observanda est.

Ad Tit. XIX.

melior conditio occupantis) nisi quod hodiè ex pluribus missis præcipuus in conclave electionis ad proferendum Votum & expediendas reliqua in actu Electionis admittatur. *vid. S.ad tit.1.notata.*

dispersionem quæcunque) atque hoc ipsum est, quod non subsistat mandatum ad certam personam restrictum. *S.d.tit.1.*

consultationem forma) De jure civili & canonico jurare procuratores in animam alterius possunt, modo habeant speciale mandatum, etiam in casu, quo fidelitas & homagium est præstandum, nisi agatur de dicendo testimonio. vid. Sayr. *in Thesaur. casuum conscient.l.3.c.6.n.15.& seqq.* ubi eleganter explicatur materia juramenti, quod fit in animam alterius.

annotatum) Formula procuratorij hîc tradita omninò est observanda, nec quicquam in ea vel addendum aut demendum. *A. B.tit.1.* Solet aliàs disquiri, an procuratorio præter clausulam *de rato & grato habendo* necessariò inserenda quoque sit clausula obligationis & hypothecæ bonorum? quod affirmat Berlich. *Decis.* 80. negant Hahn. [illegible] *v.ad Wesenb.paratitl.de procur.n.6.* Besold. *in delib.at.l.3. Dig.* q.14. Sententia prior praxi convenit, posterior juri civili.

Ad

Ad Tit. XX.

obtinere noscuntur) Inhæret saltem hodiè potestas eligendi ipsis Electoralibus, & competit tanta potestas *juxta tit.7.§.1.* Electoribus virtute Regni & Principatuum.


dignoscitur possidere) Vi. A. Bullæ nemo alius jura Votandi, eligendi, aliaque ab Electoratu dependentia exercere potest, nisi qui Electoratum cum terrâ, vasallagijs, feudis & pertinentijs possidet. Dn. Lindenspûr *ad.h.t.* Reinking. *de R.S.& E. l.1.cl.4.c.7.n.1.2.* atq; hinc fluit, Jura Electoralia, mortuo Electore, statim transire in successorem possessorem, etsi ab Imperatore nondum investitum. Limnæ. 3. *l.P.7.n.3.4.* Lindenspûr. *d.loc.* Intelligendus a. est possessor legitimus, non qui per vim occupando dejecit alium. Arumæus. *Disc.6. ad A.B.th.27.& de Com.c.7.n.* 137. ubi quod ejusmodi violentus invasor ad Collegium Electorale non admittatur, sed dejectus dignitatem retineat & jura.

non subsistant) Possidens duos Electoratus, duplici jure ac voce gaudet. Rumelin. *p 2. dissert.6.th.19.* Sic olim Sigismundus Imperator, se ipsum eligens, fuit Rex Boemiæ & Elector Brandenburgicus. Goldast. *p.2.* Reichs-Satzung. *p.*103. adde Limnæum. 3. *l.P.7.n.69.* ubi in additionibus hæc fusius explicantur. An autem possessor Electoratus in consortium admittere possit alium ex familiâ, ita ut hic jura Electoralia simul exerceat? Adsunt exempla affirmativâ quæ suaderent, Joannes enim I. Saxoniæ Elector consortem habuit fratrem Albertum secundogenitum pari dignitate & potestate. Goldast. *in sen. lib. 2. c.17.n.1.* Gerlacus Moguntinus dignitatem Electoralem cum Henrico Comite Frincbergio administravit. Reusner. *in Aquil. Rom. enarrat. Episcop. Mogunt.* Idem de Ottone & Woldemaro Brandeburgicis, ac de Ludovico Severo & Henrico Ducibus Bavariæ attestatur Engelbrecht. *de success. in Elector. th.*18. Negativa verò sententia A. Bullæ magis est consona, ita ut dignitas Electoria derivari nequeat in plures simul. A. Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. c. 2. verb. Electorum n.*43. neq; voluntate aut consensu primogeniti admitti in consortium regiminis possit secundogenitus. Dn. Myler. *in addit. ad Rumelin. d. Dissert. 6. th.* 18. & allata in contrarium exempla ijs temporibus conveniunt, ubi armati seculi genius certo jure non acquievit. Schüz. *vol.1. Disp.7.th.10.lit.c.*

Ad Tit. XXI. XXII.

deportare) Electores procedunt cum Imperatore vel Imperialibus insignijs ornato vel non. Illo casu hodiè instituto Electoratu octavo ordo est talis.

Trevi-



Ubi observandum, pro diversitate provinciarum *juxta tit. 3. A.B.* Moguntinum cum Coloniensi variare latera Imperatoris, & occupare alterutrum modò dextrum latus, modò sinistrum. In altero casu, ubi non præferuntur insignia, ordo idem observatur, nisi quod nemo Electorum ferat insignia. Sed quid dicendum de casu, ubi cum Electoribus præsentibus concurrunt Legati absentium? Disceptata est hæc res cum livore in nuperis Comitiis 1653. ubi Carolo Ludovico Palatino Rheni cedere noluerunt reliquorum Electorum secularium Legati, in primis Bavariæ, donec tandem *d. 11. Martij* per declarationẽ Collegii Electoralis consopiretur litigium; Wo aber vors dritte / die Herrn Churfürsten nicht alle persöhnlich gegenwärtig / vnd mit der Abwesenden Gesanden concurriren würden / daß alsdenn die in eigener Person anwesende Herrn Churfürsten / der Abwesenden oder sonst quacunque occasione, bey denen actibus tàm publicis quàm Collegialibus, nicht erscheinender Herrn Churfürsten Räthen / Gesanden vnnd Bottschafften (ohne respect Ihrer gnädigsten Herrn Principaln sonsten vor oder nachsitzen / wenn sie selbst gegenwärtig wehren) in sedendo, eundo & procedendo, es werden gleich die Keyserliche Insignia vorgetragen oder nicht / doch salvo semper directorio, ac laterum & votorum ordine, vorgezogen werden sollen. &c. atque sic datur casus, quo præter casum A. B. *tit. 28. §. 6.* perdit officium regula, ut Legatus

Principis sui locum & subsellium occupet. Limnæus *in Annotament. ad artic. 4. capit. Ferdin. 3. verb.* **Churfürstl. Gesandten.** Neque verò hac Electorum declaratione novum aliquod jus constitutum est, sed potius confirmatum id, quod antehac in conventibus obtinuit, teste enim Lehmanno, *lib. 7. Chron. Spir. c. 124. tit. 6. pag.* 1015. ita transactum est *A. 1560.* ut præsentes Electores præcedant absentium Legatos, licet alias absentes priorem sessionem habeant, & ponit ibi exemplum de Electore Saxoniæ, qui præcessit Legatos Electoris Coloniensis. Addatur author **des warhafften Berichts und Beschreibung wie es auff Reichsversamlungen pflegt gehalten zu werden**/ qui discursus annexus est consilio Georgii & Hieronymi [illegible] *de sessione & voto* [illegible] *Impp.* & [illegible] *c. 7. de Comm.* ubi [illegible] exemplo ex Lehmanni loco jam allegato ad verbum ferè est descriptus.

Ad Tit. XXIII.

quodlibet premissorum) In peragendis sacris ordo Canonicus est, ut primò consecratus alios Episcopos antecedat *c. 5. distinct. 74.* hunc ordinem inter Electores Ecclesiasticos quoad sacra in Imperatoris præsentia obeunda & peragenda servari vult Carolus, ita tamen, ut omnia honore condigno invicem expediantur. Fit autem consecratio Archiepiscopi ab Episcopis Diœceseos, unctione capitis & manuum chrismate, additis precibus & verborum solennitate *c. un. §. 1. in fin. x. de sacr. unct.* Conficitur autem illud chrisma ex oleo, puritatem conscientiæ, & balsamo, integritatem famæ significante & per hanc consecrationem dicitur consummari matrimonium Episcopi cum Ecclesia *c. 2. & c. fin. x. de translat. Episc.* ante quam nemo dicitur Episcopus, sed Electus tantum *c. 9. x. de elect.* debet autem ejusmodi consecratio fieri die Dominico, & horis tertia [illegible] *can. 1. & 5. distinct. 75.* ad exemplum Apostolorum, quibus in die Pentecostes hora tertia Spiritus S. datus legitur *d. can. 1.* & descendit pusillis & [illegible] Ecclesiæ ritus ex Apostolorum constitutione *c. 4. de tempor. ordin. c. [illegible] de consecr. ordin.*

Ad Tit. XXIV.

de nece) Olim & maledictis crimen læsæ Majestatis committebatur *l. 7. §. fin. D. ad L. Jul. Majest.* ibique notat Gothofredus, levissima etiam verba ac dicta in hoc judicium temporibus Tiberii fuisse deducta. Hodie autem [illegible] neque maledicta in Principem ad caput læsæ Majestatis referuntur, sed puniuntur arbitrariè ab ipso Principe *Auth. Cod. si quis Imp. maledix.* eaque sententia est communis. P. Heig. *2. q. 5. num. 51.* modo verba maledicta per se non sint seditiosa, quibus ad arma contra Principem concitari

popu-

populus. *l. 3. D. ad l. Iul. de vi publ. l. 1. in fin. D. ad l. Iul. Maiest.* aut contineant ac foveant turbulentiam, & acclamationem talem quâ salus Principis aut Reipubl. periclitetur. *l. 28. §. 3. D. de pæn. Bald. in l. data opera. C. qui accus. non poss.* Dissentit Bocer. *de crim. læs. maiest. c. 3. n. 5. 6.* & relati à Farinacio *de Vir. & div. crim. q. 105. inspect. 10. n.* 418. An *à d. l. un. Cod. si quis Imp. maledix.* hodiè extendi possit ad reliquos Principes, ita ut & hi quoque pro arbitrio pœnam statuere in injuriantem possint, & in propria causa jus dicere? quæstionis est. Sanè quoad subditum Principis, si hic Principi suo maledixerit, res videtur esse extra dubium, atque huc collimant præjudicia, quæ affert Carpzov. *p. 1. Pr. Crim. quæst.* 41. *n. 121. & seqq. & in Iurispruder. part. 4. constit. 3. defin.* 13. Sin verò maledicens & injurias inferens Principi Imperii sit immediatè Imperio subjectus, ad Imperatorem spectabit cognitio, quia dispositio *d. l. un.* in persona solius Imperatoris locum habet. Carpzov. *d. quæst. 41. n.* 120. nisi injurians simul fuerit Vasallus Principis injuriati, tunc n. benè cognoscet ad privationem feudi. Afflict. *Decis. 265. n. 61.* Schrader. *de feud. p. 9. c. 4. n.* 104. *& seqq* aut si injuria illata fuerit Principi ratione officii publici quod gerit inter partes. Carpzov. *lib. 6 respons. 97. tit. 10. n. 12 & seqq.* Schrader. *de feud. part. 10 sect.* 1. *n.* 110, Gail. 1. *Obs.* 39. ratio est, quia hactenus Princeps gerit officium publicum, & respectu subditorum suorum dicitur habere Majestatem aliquam, omnibusque fruitur privilegiis, Imperatori Romano indultis. Schrader. *d. sect. 1. n.* 33. ubi quàm plures hoc ita tenentes allegat.

nam & ipsi pars corporis nostri sunt) Minus propriè nec juridicè loquuntur, qui in Electores crimen Majestatis committi ajunt, neque enim vel ex *l. quisquis. C. ad l. Iul. Mai.* aut ex hoc A. Bullæ textu probari id verbulo potest. Aurea Bulla in eo maximè prospexit securitati Electorum, quod criminis perduellionis vel læsæ Majestatis reus sit, qui scelestis factionibus de nece Electoris conspiraverit, non quasi in Electorem, cujus neci per factiones ita structæ sunt insidiæ, committatur crimen Majestatis; sed quia in Romanum Imperatorem, cujus corporis pars sunt Electores. Ein theil jhres Leibes: redundet & inferatur crimen ut adeò hodiè duplici modo adversus Imperatorem crimen perduellionis committatur. 1. Si quis personam Imperatoris offendit, aut provinciam Imperatori subjectam detrahere studet. 2. Si quis in Electoris alicuj⁹ necē conspiret. Boc. *de crim. læs. Maj. c. 2. n. 11. 12.* ubi rectè simul advertit, hâc A. Bullæ constitutionē tanquā pœnalem, strictè esse intelligendam de solò necis casu, non verò, si quis alio

modo

modo offendere laboraverit Electorem. Atque ex hinc non immeritò Sinnium reprehendit Limnæus *in addit. ad l. 3. jur. publ. c. 2. n. 4.* neque enim Electorales ullâ pollent Majestate, ne quidem Bohemiæ Rex, teste Arumæo *de comit. c. 3. n. 47.* multò minus Electorum [illegible], sed Imperatoris [illegible] A. Bulla bona eorum, qui in necem Electorum conspirarunt, quasi ergo in Electores crimen Majestatis committeretur? Hæcque adeò vera sunt, ut ne quidem in Electores, Imperii Vicarios [illegible] crimen Majestatis committi posse optimis rationibus evincat Limnæus [illegible]. Alia res, quæ de nece Electorum hic sanciuntur, locum quoque habent in reliquis Imperii Principibus. Bocer. *d. c. 2. n. 101. & seqq.* [illegible] Imperii. Majer. *in C. A. l. lib. 48.* [illegible] ubi [illegible] benè resolvit.

puniri jura voluerunt.) Quamvis alias jure civili [illegible] quatenus conatum eadem, quâ [illegible], pœna puniri, hodie [illegible] rectum, P. Halsgerichtsordnung *art.* 178. tamen idem observari adhuc in crimine fractæ pacis & læsæ Majestatis, ac proditionis patriæ tradunt M. Stephani *ad d. art. 178 n. 3.* Joan. Herman Stamm. *de servit. personali lib. 1. tit. 2. c. 2. n. 4.*

Majestatis Reus) scilicet, ut jam dictum, Imperatoris ipsius ratione, non Electorum intuitu. Ut verò crimen Majestatis committatur, oportet ut fiat à subdito Imperii. Boer. *de seditios. c. 6. n. 1.* Jul. Clar. *l. læsæ Majest. crimen, n. 6. 7.* sive sit Laicus, sive Clericus. Handhabung des Landfriedens, 1495. rubr. Wie der Landfried zuhalten geboten. Decian. *Tr. crim. l. 7. c. 3. n. 6.* hæcque sententia omninò vera [illegible] omnibus [illegible] da [illegible] & Reipubl. [illegible] Caspar Anton. Thesaur. [illegible] *n. 9. & seqq.* ubi multis in rem allatis rationibus ac fundamentis [illegible] bat, & *n. 15.* rectè advertit, quòd aliàs Clerici Principibus [illegible] ac diffidentes, & in quacunque motione [illegible] securitatem. Eleganter Guntherus Ligurin. [illegible]

Pontifices [illegible]
Spretores [illegible]
[illegible]
Legibus, & [illegible]

gladio feriatur) An Principi Imperii, si quid contra Imperatorem moliretur, hæc pœna subjacet? Meminit Sleidanus, Carolum V. capitis damnasse Electorem Saxoniæ in castris propè Wittebergam, referente [illegible] historiam Hortleder *part. 2.* des Teutschen Kriegs, *lib. 3. cap.* [illegible] 22. & nihil hodiè usitatius in Galliâ, quam damnari Principes capite, [illegible]

quid deprehendantur moliti adversus Regem. Sed sententiæ Caroli intervenêre Elector Brandeburgicus & Dux Cliviæ Philippus, iniquissimum iudicantes Principem Germaniæ tam ignominioso mortis genere plecti, neque sententia effectui data est, uti apud Hortleder *d. loc.* pluribus est videre. Aliàs privati homines, delictum hoc patrantes, ex Constitutione Carolina *artic. 124. pr.* solent discerpi in 4. partes.

Fisco addictis) Confiscatio bonorum hodienum in puniendo hoc crimine observatur. *Auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proscr.* P. H. O. *artic. penult.* & confiscantur tam bona præsentia quam futura, *l. fin. D. de crim. Majest.* neque enim Reus Maiestatis alium habet heredem quàm fiscum. Bocer. *de crim. læs. Maj. c. 3. n. 39 & seqq.* Non obstat. *l. 9. D. d. t.* ubi tum demùm confiscationi locus esse statuitur à Martiano, si damnatus non habuerit liberos. Ista enim lex intelligenda est de speciali Maiestatis crimine, eoque levi, ob quod deportatio imponitur. *l. 10. Cod. de bon proscript.* Menoch. *consil. 99. n.* 184. quale autem discrimen sit inter perduellionis & speciale Maiestatis crimen, eleganter exponit Bocer. *d. tr. c. 2. per tot.* Quod si quæstio sit de feudis, quæ possidet Reus, ea aperiuntur vel Domino, si feudum fuerit novum aut hereditarium. Peregr. *de Iur. fisci libr 5. tit. 1 nu.* 108. *& seqq* aut ex quorundam sententia proximis agnatis, si fuerit ex pacto & providentia maiorum. Rosenthal. *de feud. c. 11 conclus 5 num. 1. & seq.* Rusdorf. *in Vindic. caus. Palat. cap. 1. n. 51. & seqq.* hi enim excludunt filios Vasalli Gail. 2. *P. P. 13 n. 12.* Sixtin. 2. *Regal 20. n. 66 & seqq.* M. de Afflict. *ad 3. Feudor. tit. quæ sit prim. caus. amit. feud. Glossa. 3. n. 5.* ubi ex Baldo adfert dictum, Patres comederunt uvas, acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. Sed quod etiam in feudo ex pacto & providentia Dominum excludat agnatos, verior multorum est sententia, vide Meier. *in C. A. I. d. 448. tit. 4 th. 20. n. 3.* per rationem, quod alias Dominus non haberet ultionem iniuriæ sibi factæ, & agnatis tum demùm fiat locus, si non in dominum deliquerit Vasallus. Gothofr. Anton. *Disp. feudal. 12. th. 1. 3.* H. Pistor. 2. *q.* 15. ubi quòd ab hac sententia in iudicando & respondendo non sit recedendum. Sanè filius ad feuda absque dubio admittitur, si huic felonia per patrem commissa, remissa fuerit à domino. M. de Afflict. *d. loc. n.* 11. Dissentit quoad bona Imperii feudalia, ita ut hodiè in Imperio delictum patris Principis & Imperii status non noceat filio, neque A. Bullæ dispositio locum habeat. Myler. *in addit. ad Rumelin. part. 3. Differt. 4 th. 9.* ubi plures allegat. Ut verò Reus bonorum dominium amittat, necesse est,

 id

pronunciari per sententiam *l. fin. Cod. ad l. Iul. Mai. l. fin. Cod. de honor. praescript.* adeoque Reus Majestatis facit fructus suos usq; ad sententiam, & Dominus intereà est. Fransky, *Exerc. Iur.* 34 *q.* 7. ita tamen ut in fraudem fisci nil queat alienare, Bocer. *d. tr. c.* 3 *n.* 31. & dicemus suo mox loco. Quod si Majestatis Reus in diversis territoriis bona possideat, ea pertinebunt ad Dominum territorii. A. Faber. *in Cod. lib.* 9. *Defin.* 2. *n.* 5. Guid. Pap. *decis.* 76. adde *Capitul. Ferdin. IV. artic.* 27.

metuuntur exempla) Execrabile Majestatis crimen multa in jure habet specialia, quae ordine exponit Farinac *q.* 118. *per tot.* Tale est etiā quod ob delictū patris puniri iubētur liberi *contra l.* 26. *D de pæn. Ezech.* 18. 20. *Deut.* 24.

Hinc multi dispositionem *l.* 5. *Cod. ad l. Iul. Mai.* unde desumtus est hic A. Bullae locus, continere in se odium irrationabile scripserunt, relati à Farinac. *q.* 116. §. 3. *n.* 143. imò fatetur Covarruvias *lib.* 1. *Var. resol.* 8. *n.* 3. satis iniquè dictum esse ab Imperatore, se ex Imperatoria lenitate vitā concedere filiis, cum filii ne quidem ob gravissima parentum scelera occidi iustè queant, etiam seclusa Imperatorum mansuetudine. Solet à nōnullis pro confirmando isto rigore adduci textus *Exod.* 20. ubi Deus se visitaturum dixit iniquitatem patrum in filiis ad tertiam & quartā usque generationem: sed verò exaudiendum id est, ubi filii patrum sceleribus insistunt, vel ex occulto Dei iudicio fieri ita aliquando potest, ut Deus fortis & zelotes ad absterrendos homines à peccato puniat sontes tam insontibus, ut in Datan & Abiron factum legitur *Num.* 17. & cum parvulis Sodomae ac Gomorrhae. *Genes.* 19. huiusmodi autem iudicia divina & occulta non potest imitari citra iniquitatem lex humana. Sanè propter atrocitatem criminis laesae Maiestatis nihil irrationabile hactenus quoad filios statutum videtur aut durum; ratio posita est in publicae tranquillitatis ac fidelitatis iuratae violatione, quae utiq; tanta ac tam atrox est, ut intersit Reipublicae purgari eiusmodi turbatoribus provinciam, & cum omninò verisimile sit, filios à Patre non dissentire, sed sequi eius vitia ac mores, utique in speciali isthoc casu opus fuit severa coercitione ad deterrendos omnes ab atrocissimo isto crimine. Deinde agitur etiā de bonis, quae quis beneficio Domini possidet ac consequitur, ubi notum est, iura feudorum specialiter desuper disponere, longamque esse differentiam inter feudorum amissionem, & publicationem aliorum bonorum praeter feuda. Illo casu saepè praeiudicare potest pater filiis, in hoc non utique. H. Pistor. 2 *q.* 16. *n.* 6. 7. ratio differentiae est, quia in feudis specialia sunt iura ac strictiora Domini. Non est ergò, ut dispositum

dispositionẽ *l. quisquis* restringamus ad casum, qui planè extra controversiã est, nec speciali dispositione opus habeat, si nimirum filii cum patre conspiraverint in Principem, uti Farin. *d q.* 115. §. 3 *n.* 129. Bossius, Isernia & alii allegati à Deciano *Tr. crim. l.* 7. *c.* 5 *n.* 6. opinantur. Aliàs quod Alciatus *cons.* 497. *n.* 15. legem *quisquis* magis factam ad terrorem quam ad futuram observantiam inquit, & quod mitigatæ sint læsæ Maiestatis leges ab optimis Principibus, ipso etiam Justiniano, iuxta Arnold. Ferron. *in Consuetud Burdigal. lib.* 2. *tit.* 12. *p.* 316 *& seqq.* imo quod ex doctrina Sixtini. 2. *de Regal.* 20. *n.* 93 94. illa lex *quisquis* quoad filios hodiè nõ observetur, de eo nõ immeritò quis dubitaverit, quia vel sola cõtrariũ docuit moderni seculi historia.

a materna) Hodiè teste Besoldo filii bona materna accipiunt, *Thes. Pract. verb. confiscation ibiq. annex. cons.* & idem latissimè probat Farin. *q.* 116. *nu.* 130. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 9 *n.* 6.

nihil capiant) Hodiè bona fideicommisso affecta filii retinent. Besold. *Thes. Pr. d. loc.* Peregr. *de Iur. fisc. l.* 5 *c.* 1. *n.* 98. ubi quod hæc opinio sit receptissima nec ab ea recedendum sit. Imò retinet etiam filius læsæ Maiestatis damnati peculium castrense vel adventitium, adeòq; fiscum in foro cõscientiæ nõ posse hæc bona à filiis exigere, sed succedere filios tam ab intestato, quam ex testamento, avo, & aliis agnatis, notat & pluribus confirmat Merlin. *de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *q* 30 *n.* 36 *& seqq. usq. ad fin.* atque sic hodiè stante ista opinione pro vera, inutiliter videtur laborare Dd. circa quæstionem, an hereditas matris avita, propinquorum & extraneorum cedant fisco, an vero alii successores legitimi vel testamentarii ad eam admittantur? ubi pro fisco respondit Cynus, Albericus & alii *in l.* 5. *Cod. ad l. Iul. Mai.* Pro agnatis verò & testamentariis contra fiscum, Gomezius, quem sequitur Bocer, *de crim. læs. Mai. c.* 3. *nu.* 73. *& seqq.* Menoch, *consil.* 27[illegible]. *n.* 2[illegible].

vita supplicium) Budæus *in annot. ad l.* 2. *C de pœn* putat infamiæ pœnam abrogatam esse, Bocerus tamen per hanc A. Bullæ sanctionẽ in usum revocatam putat memoriæ damnationem, quæ pœna aliud nihil est, quam perpetuæ infamiæ nota. Menoch *cons.* 99 *n.* 53. & consistit executio in eo, si vel corpus relinquitur inhonoratum *l.* 1. *Cod de cadav. punit.* vel damnatus non lugetur *l.* 35. *D. de relig. s.* aut statuæ evertuntur *l.* 24. *D. de pœn.* & ædes aratro exarantur *c felicis. de pœn. in* 6. atq; hæc aratri pœna frequẽtior est in hoc delicto, & infligitur sæpius etiam civitatibus & castris, ubi perduelles receptaculum habuere suum, sicuti superiori seculo contigit arci Gothanæ, de qua expeditione agit 𝔐 𝔄. 1576. & recenset Hortledder. *in libris belli Germ.* Indicat hanc Guntherus *Ligurin. lib.* 9.

— di-

—— direptio rerum,

Servitium populi, subversio funditus urbis.

Cùm verò textus A. Bullæ indefinitè loquatur de filiis, intelligendus est de filiis tam ante quam post crimen commissum natis, utrobique enim ratio hereditarii criminis consideratur, Bocer. *de crim les. Maiest. c. 3. n.* 60. Mejer. *in C A. I. lib.* 48. *tit.* 4. *th.* 10 *n.* 12. *facit text in c.* 15. *de haret. in* 6. Dissentit Sixtin. 2. *de Regal.* 20. *n.* 25. Rumelin. *p.* 3 *Differt.* 4. *th.* 11. quorum rationibus & argumentis satisfacit Zoesius. *ad. l. Iul. Mai. n.* 29. Non tamen pœna hæc pertinet ad nepotes. Sixtin. *d c.* 20. *n.* 77. *& seqq.* Peregrin. *de Iur. fisc. lib.* 3 *tit.* 9. Siquidem in pœnalibus non admittitur extensio filiorum ad nepotes *c.* 15 *de reg Iur. in* 6. Bocer. *d. c.* 3. *n.* 68. nec obstat. *c.* 2. §. *haretici de haret. in* 6. quia hæreseos crimen gravius est læsæ Majestatis crimine, cum lædat personam graviorem. De adoptivis, spuriis & naturalibus vid. Rumelin. *d. Diss.* 4. *th.* 15. ibique Myler.

intervenire tentaverint) Hoc verò ab omni justitia & humanitate alienum esse demonstrat Sfort. Odd. *consil.* 27. *num.* 14. *& seqq.* neque hodiè fortè observatur. Lex autem civilis ideò severiùs solito in hoc crimen excanduit, ut charitas liberorum parentes Reipublicæ redderet amiciores, eosque à criminis patratione deterreret, neque filii vel necem patris ulcisci, aut criminis paterni vestigiis insistere auderent. Menoch. *d. consil.* 99. *n.* 119. Speciale verò & hoc est in Majestatis crimine, ut abolitio huius criminis non detur. *l.* 3. *Cod. de abolit.* & non nisi de licentia Principis Reo concedatur Advocatus. Prosp. Farinac. *quæst.* 116. §. 4. *nu.* 28. *& seqq.* atque sic lex scripta est, licet sit dura. *l.* 12. *D. qui & à quib. manumiss.*

ausuras esse confidimus) Filiæ ex bonis paternis detrahunt Falcidiam, & dotem à patre ante crimen commissum sibi datam retinent. *l.* 5. §. 4. *Cod. ad L. Iul. Mai.* neque etiam filiæ à successione avi & propinquorum excluduntur. Farinac. *quæst.* 115. §. 3 *n.* 97. cum enim non exprimat lex, quod filiæ non debeant succedere avo aliisque propinquis in casu, quo pater crimen Majestatis commisit, utique nec nos id debemus dicere, Decian. *Tr. crim lib.* 7. *c.* 41. *n.* 13. adeoque meliùs invertitur argumentum, quo contrarium propugnare conatur Rumelin. *p* 3. *Differt.* 4 *th.* 10.

Ad §. emancipationes,

non valeant) Si quis bona sua cedat filio, ut tantò securiùs contra Principem quid moliri queat, cessio hæc tanquam in fraudem facta nullius erit valoris. Myler *in Addit. ad Rumelin. d. Differt* 4. *th.* 14.

statuimus esse momenti) Filia ante commissum à patre Majestatis crimen

mea non dotata, ex bonis patris non posse dotari tenet Sixtin. 2. *de Regal.* 20. *n* 69. *& seqq.* hodiè autem in praxi obtineret fortè benignior sententia affirmans, quam tenet Farinac. *quæst.* 24. *n.* 47. *& quæst.* 115. §. 3. *n.* 95. & dicit communem Rol. à Valle *lib.* 3 *consil.* 73 *n* 23. Administrationem & alienationem bonorum quod concernit, Majestatis Reus eam omninò amittit, neque alienare quicquam potest. *l. final. Cod. ad l. Iul. Mai. l.* 20 *D. de accusat.* Bocer. *de crim. læs. Mai. c.* 3. *nu.* 21. *& seqq.* eleganter Stamm. *de servit. personal. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 5. *n.* 12. *& seqq.* ita ut ne quidem ad pias causas alienare quid liceat. Clar. §. *testamentum. q.* 5. *n.* 5.

filiis debebantur) Bona dotalia non subjacent confiscationi, sed mulier retinet dotem illatam. *l.* 10. *Cod. de bon. proscript.* Gail. 2. *obs.* 86. ibique Grevæus, donationem item propter nuptias, & bona receptitia cum paraphernalibus, Sixtin. *d. c.* 20. *n.* 106. 107. Bocer. *d. tr. c.* 3. *n.* 69. quin etiam si inops est, quartam partem bonorum, *Novell.* 117. *c.* 2. *Nov.* 134 *c. fin.* Sixtin. *d. c* 20. *n.* 108. atque hæc adeò sunt vera, ut mulier ratione dotis impedire possit devastationem domus, Farinac. *quæst.* 116. §. 1. *n.* 35. *& seqq.*

deputetur) de iure stricto filiis ex bonis patris læsæ Majestatis Rei nequidem legitima debetur, Farinac. *quæst.* 116. *n.* 79. Bocer. *d tr. c.* 3. *n.* 90. *& seqq.* ubi contraria diluit. Sed hodiè ex æquitate aliud receptum esse testatur Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1 *q.* 30. *n.* 26. *& seq.* De alimentis, quin debeantur filiis dubium non est. R. A. 1567. §. Hierauff denn noch weiter. Merlin. *d. q.* 30. *n.* 4. quicquid dissentiat Surdus *de Alim. tit.* 1 *q.* 31.

severitate censemus) Conscii huius criminis sunt, non tantum qui consilia ministrant. *l.* 1. §. 1. *D. ad l. Iul. Mai.* qui arma, pecuniam & commeatum commodant. *l.* 4. *D. d. t.* sed inprimis etiam, qui sciunt & non revelant crimen. *l.* 5. §. 6. 7. *Cod. eod.* hi omnes delinquunt & puniuntur. *Novell.* 117. *c.* 8. §. 1. *ibiq. Gothofr. cum simil.* tenetur autem sciens revelare crimen hoc & denunciare, etsi exactè probare nequeat crimen, etsi sit filius vel vasallus Decian. *Tr. crim. l.* 7. *c.* 34. *n.* 21. 25. & quamvis juraverit non revelare. *ibid. n.* 20. Myler. *in addit. ad Rumelin. p.* 3. *diss.* 4. *th.* 19. *lit. a.* nisi quis sacerdos sit, cui in confessione pænitentiali fuerit patefactum crimen. Decian *d. loc. n.* 9. Mynsi. 5. *obs.* 41. *in fin.* aut si quis probabiliter timeat potentiam & metum rebellis, Decian. *ibid n.* 23. vel si conscius criminis non sit subditus. *ibid. nu.* 18 vel quis sit consanguineus aut familiarissimus Principi, & verisimiliter dubitetur de crimine *ibid. n.* 24. hinc quæri solet An secretò sciens crimen Majestatis, & non revelans, propter solam scientiam pos-

ſit ad mortem damnari? Affirmat Bartolus *in l. utrum D. de parricid.* cui favet textus A. Bullæ *& l. 5. §. 6. Cod. ad L. Iul. Maieſt.* eaque ſententia non ſemel executioni data eſt in Galliis, cumprimis nuper in cauſa Thuani, qui conſcius conſpirationis, cuius inſimulabatur Mareſchallus *Le Grand*, capitis pœnam luit. Bartolum ſequuntur Capic *Deciſ.* 130. *num.* 65. & alii relati à Mylero *d. theſ.* 19. *lit. b.* ubi ait hanc ſententiam ſine dubio tenere Tribunalia. In contrarium abit Baldus *in l. bona fides D. de poſ.* ubi Bartolum ob illam ſententiam inferno addixit, utrosque judices, qui Bartolum ſequantur, homicidas appellare non dubitavit. Sequitur Baldum Alciat. 8. *parerg.* 9. Suarez. *in Theſaur. recept. ſent. lit. m. num.* 8. Sed iniuria, ut videtur, tanto impetu contra Bartolum proceditur, qui cum lege ipſa benè eſt locutus. vid. Bocer. *de crim. læſ. Maieſt. cap.* 2. *num.* 40. *& ſeqq.* & abſque conſcientiæ remorſu ſequenda foret Bartoli ſententia, ſi ita ſuadeant reliquæ delicti circumſtantiæ, & cum ſcientia concurreret culpa, reique publicæ ſalus expoſceret rigorem. Matth. de Afflict. *lib.* 3. *Feud. quæſt prim. cauſ. am.* 5. *præterea num.* 7. ubi ita concluſum ait, & *in d. l.* 5. *Cod. ad l. Iul. Maieſt.* conſcium pro culpabili accipiendum ait; Aliàs quin conſcius, ſi nullo quidem modo operam interpoſuit aut conſilia, extra ordinem puniri quandoquidem poſſit, dubitandum non eſt. *per l.* 40. *D. de pœn. Novell.* 117. *c.* 8. §. 1. *ibiq. Gothofr.* Clar. §. *ult. quæſt.* 87. *n.* 2.

venia dignus habebitur) Ut denuncietur hoc crimen, præmiis alliciendos eſſe omnes monet Tacitus *l.* 4. *Annal.* Fit autem revelatio criminis vel ſtatim, ubi machinatio adhuc in puris terminis conſilii verbalis conſiſtit, vel quando deventum eſt ad aliquem actum, etiam non proximum: Illo caſu denuncians ac revelans abſolvitur ac prœmia conſequitur, hoc verò extra ordinem punitur. Farinac. *quæſt.* 116. §. 4. *n.* 156. A. Fab. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 6. *defin.* 12. ne ex eius impunitate alii audaciam ſumant idem faciendi. *l.* 16. §. *fin. D. de pœn.* vid. Myler. *d. Diſſert.* 4. *th.* 20. *in fin.* ubi allegat diſſentientes.

ſervi torquentur) Verſio Germanica habet. Der Knecht ſoll mit dem Herrn gepeiniget werden. Melius res explicatur ex *l.* 1. *Cod. de quæſtion.* quæ diſponit, ſervum non torqueri in dominum, ſeu in cauſa contra dominum, niſi certis caſibus, quos inter eſt læſæ Majeſtatis crimen. Guid. de Suza *de indic. & tortur. n.* 11. Subjicitur etiam tormentis accuſator criminis Majeſtatis, ſi argumentis manifeſtis accuſationem probare nequeat. *l.* 16. *Cod. de decur. l.* 3. 4. *Cod. ad l. Iul. Maieſt.*

Ad

Ad §. volumus.

sua mente punitus est) speciale & hoc est in Maiestatis crimine, ut procedatur contra defunctum, etsi in vita quis non fuerit accusatus, sed crimen post mortem demum innotuerit. Gigas, *de laes. Mai. crim. tit. qual. proced. quaest.* 20. ubi *n.* 5. formam inquirendi contra memoriam defuncti, modum item probandi & procedendi tradit. adde *quaest.* 25. 27. Formam sententiae habet glossa *in §. interdum verb. damnata. Inst. de hered. qual. & diff.* In hoc autem judicio non proceditur contra defunctum ita, ut in ejus cadaver quid statuatur, nisi metu criminis se ipsum interfecerit, Gigas. *d. l. q.* 33. sed contra memoriam, ita ut irrogetur perpetua infamia, bona fisco applicentur, tollantur insignia, & destruatur domus defuncti, Mejer, *in C. A. I. lib.* 48. *tit.* 4. *th.* 10. *n.* 2. Decian. *Tr. crim. l.* 7. *c.* 40. *n.* 37. secus ac putavit Gigas, *d. l. q.* 22. refutatus à Deciano. *d. l.* poterit etiam in hoc judicio absque licentia Principis Advocatus intervenire Decian. *Tr. crim. l.* 7. *c.* 48. *n.* 10.

mortuus arguatur) Laesae Maiestatis Reus neque vendere potest, neq; manumittere, neque nullo modo alienare, nec recte ei solvit debitor. *l.* 6. §. 1. *Cod. ad l. Jul. Mai.* Gail. 1. *P. P.* 19. *n.* 16. Farinac. *quaest.* 116. §. 2. *nu.* 60. *& seqq.* ubi simul de alienatione ex titulo oneroso, & an filius in casu revocationis teneatur pretium refundere emtori. Quod si ex capite damnationis memoriae contra defunctum procedatur & sententia lata sit, ea retrotrahitur ad tempus commissi delicti, ita ut hoc quoque casu vindicentur alienata per defunctum. ex Deciano Farinac. *d. quaest.* 116. §. 1. *n.* 22.

Ad §. si caeteros.

aedificij collidatur) Magna hodierno seculo inter eiusdem familiae Principes saepè agitatur quaestio. An ad exemplum Electoratuum jus primogeniturae subsistat in reliquis Principatibus Germaniae? Negantium praecipuae rationes sunt. 1. licet feuda Maiora prohibita sint dividi 2. *F.* 55. *c.* 1. inde tamen non sequi, quod solus primogenitus in illis succedere debeat, cũ ex prohibitione divisionis ad unitatẽ successionis seu ad ius primogeniturae non necessario inferatur, Gothof. Ant. *disp. Feud.* 5. *th.* 6. *lit. m.* A. Knich. *de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum. c.* 3. *n.* 94. II. De consuetudine Germaniae constitutionẽ Friderici *de proh. feud. alien.* nõ ob-

servari, sed quotidiè dividi in Germania Principatus, Ducatus, Comitatus. Marpurgische Successionsacten *in cl. 4.* der Fürstl. Schreiben den primogeniturstreit betreffend. Rosenthal, *de feud. c 9. conclus. 56. n. 5. & seqq.* aliique relati à Knichen *d. loc. n. 29. & seqq.* Sicut etiam feuda majora de consuetudine Galliæ dividi, ut nihilominus titulus dignitatis remaneat penes unum. testis est Camil. Becell, *de Reg. Cathol. præstant. c. 46. n. 291.* & de consuetudine Italiæ Surd. *consil. 227. n. 11.* Menoch. *consil. 2. n. 289.* cum nihil impediat, quo minus castra & civitates dividantur, licet feuda dignitatum quoad substantiam maneant & sint indivisibilia. Wesenbec. *consil. 82. n. 9.* siquidem omni casu potest fieri divisio feudi quoad usum & commoditatem. Surdus *d. consil. 227. n. 26.* Carol. Ruin. *consil. 2. n. 5. 6. vol. 4.* vel feudum pro indiviso possideri. Florez. Diaz. *l. 1 quæst. pract. 17. num. 16. 17.* III. Principatus, Ducatus, Comitatus Germaniæ esse feuda ex pacto & providentia Maiorum, in quæ æqualiter succedatur iure Longobardorum, neque vocato in prima investitura posse creari præjudicium. A Knichen. *d. loc. n. 95. & seqq.* IV. Quia Principes Germaniæ æquali honore, titulo ac dignitate gaudent, nec primogenitus solus titulum, honorem ac dignitatem exclusis fratribus reliquis sibi retinere potest, cum in investituris omnes æqualiter vocentur, adeoque parilis dignitas efficiat symbolum feudi per se dividui, & τιμήεων primogenituræ non constitutæ. A. Knichen. *d. c. 3. n. 69. & seqq.* Econtrà multi contrariam sententiam de iure veriorem esse, nec Ducatus, Principatus, Landgraviatus, Marchionatus aut Comitatus, tanquam dignitatis maioris feuda dividi, sed unum, eumque primogenitum succedere debere firmiter statuunt *per text. d. c 1. § firmiter. 2. F. 55.* quem de unitate successionis & iure primogenituræ exaudiendum esse recepta est JCtorum sententia Mart. Laudens. *de Iur primog. quæst. 3.* Oldendorp. *class. tit. de action. benefic.* Ferdinand. Vasqu *de success. creat. l. 3. §. 26. lim. 31 n 92.* Fichard. *consil. 12. n 2. vol. 1.* Zasius. *lib. 2, consil. 20. nn. 11.* Menoch. *vol. 5 consil 439 num 1.* Schrader. *de feud p 8 c. 2. n. 29.* & præter Goldastum. *l 2. de seniore c. 15 n. 3*, alii numero infiniti id ita attestantur, imò fatentur id Dd. pro contraria priori sententia allegari, dum à constitutione Friderici per contrariam consuetudinem recessum esse prætendunt, & rectè Gunther. Ligur. *lib. 8. de reb. gest.* Friderici constitutionem explicat,

Marchia, seu Comitis possessio, *sive ducatus*
Integra permaneat: feudalia cætera multis
Participanda patent.

Accedit iuris publici ratio, quæ successiones in Principatus non me-

tiuntur

titur jure communi vulgari, ſed ſingulari. Oldendorp. *d. l.* §. 8. Carol. Molin, *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 8. *gloſſ* 3 *n.* 8. publice enim expedit, Principatus non dividi, ſed penes unum manere integros, non tantùm propter dignitatem & honorem Imperii, quæ per ſucceſſiones promiſcuas maximè læditur Borchold. *de feud. c.* 7. *n.* 41. ſed etiam propter ipſos Ducum filios, quos diviſione facta in plures partes vileſcere conſtat. Schurf. *centur.* 1. *conſil.* 17. *n.* 16. ita ut tandem tot penè evadant Comiticuli & Marchioniculi, quot ſunt ſubditi. Menoch. *conſil.* 401. *n.* 31. nam juxta Horatium

& genus & virtus niſi cum re vilior algâ eſt.

& propter ipſos denique ſubditos, quorum in tantum intereſt non multiplicari dominos, tribunalia, familias, officiales & miniſtros, ut hactenus pro ſuo intereſſe inſtare poſſint, ne Principatus dividatur Cravett. *conſil.* 624. *n.* 19. ubi allegat vulgatum verſiculum

Sole nec orſolo, quid ero? ſi creverit alter.

Quanquam verò hæc affirmans ſententia optimè defendi queat, maximè cum ſucceſſiones in Principatus &c. hant ex lege ſingulari, neque leges Longobardorum quoad feuda eiusmodi majora in totum ſint receptæ, teſte Limnæo *in Annotam. ad Capitul Caroli V. pag.* 271. *n.* 35 *& ſeq.* ac primis & veteribus Longobardis cognita non fuerit tàm ſublimis Principum dignitas, neque de horum ſucceſſionibus in caputilis ſuis quid ſtatuerint. Marian. Freccias. *l.* 2. *de feud. cap. de differ. int. feud regal. n.* 2. 5. Ipſe. a. Fridericus *in d.* §. *præterea.* ex prohibitione diviſionis neceſſariò etiam ſucceſſionem promiſcuam prohibuerit. teſte Gunthero *ſ. laudato loco.* & vel ipſe Carolus IV. à Principatibus, quos congruat in ſua integritate ſervari, arguat ad Electoratus, ſatisque *in* §. *decernimus* declaret, quid ſit in ſua integritate ſervari, nimirum ut primogenitus in eis ſuccedat, adeoq; nemo melius interpretari legem *d* § *præterea.* poſitam potuerit Imperatore Carolo: inſuper etiam, quæ de conſuetudine Germaniæ allegat Knichen & alii, ex eo non ſubſiſtant, quia ex actibus difformibus conſuetudo contra jus introduci nequeat. Surd. *conſil* 393. *n* 22. & Cothmannus *vol* 3. *conſil* 1. *& conſil* 1 *vol.* 5. reliquis in contrarium adductis rationibus abundè ſatisfaciat, cui adde Klok. *vol.* 1. *conſ.* 7. *n.* 782. *& ſeq. & l.* 2. *de Ærario c.* 38 Bocer. *de ſucceſſ in feud. c.* 3 *q* 48 *per tot.* quia tamen hæc quæſtio, an ex conſtitutione juris feudalis primogenitura probari poſſit? ſatis controverſa & intricata manet, & communiter Feudiſtæ tam veteres quam moderni in ea reſident opinione, Imperatorem Fridericum quæſtionem

quis succedere debeat? ad literam non decidisse, sed reliquisse hoc themia dispositioni juris feudalis *in c omnes filij*; *si de feud. controv fuerit.* M. de Afflict. *in c. Imperialem. §. praterea. num.* 1. & 7. hæcque opinio in Imperio sit recepta, per ea quæ ponuntur *in Deduct. caus Princ.* Hessen contra Hessen. den Marpurgischen Successionstreit betreffend. *artic.* 294. & *seq.* Ideò non aberrat, qui dixerit, Jura primogenituræ in Principum Germaniæ familiis hodiè subsistere ex pacto, Imperatoria authoritate confirmato; hicque modus creandi primogenituram inter reliquos est præcipuus, teste Casp. Anton. Thesaur. 1. *quæst. for.* 35. *num.* 6. & *seq.* & valere pacta de recipiendo ad successionem primogenito tantùm, certum est. Zas. *lib.* 1 *consil.* 1. *num* 34. Rosenthal. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 26. & *c.* 9. *conclus.* 51. *num.* 10. ita ut ad decidendas controversias ex successione manantes unicè sit ad ejusmodi pacta familiarum respiciendum, quæ vigent in familiis Archiducum Austriæ, Ducum Bavariæ, Würtenbergicorum, Brunovicensium, Holsatiæ, ac etiam Landgraviorum Hassiæ, & nihil sunt aliud quam explicatio quædam & reductio juris antiqui & constitutionum Imperii. Goldast *in seniore. l.* 3. *cap.* 15. *num.* 8. deprehenderunt enim nonnulli Illustrissimi Principes, per divisionem non benè consuli conservationi familiarum, jam inde à centum annis & quod excurrit, cœperunt inter se erigere primogenituræ jura. Debent verò ejusmodi pacta & privilegia primogenituræ, tanquam jus quoddam singulare, probari. M. de Afflict. *in d. c. Imperialem. §. praterea. num* 7. quæ probatio sufficit, si pacta primogeniti quidem specialem non faciant mentionem, sed disponant apertè, ut Unus sit & maneat in perpetuum Princeps regens, reliqui fratres pro factâ abdicatione certam quotannis accipere debeant summam, eo ipso enim, quod Unus vocatus est, primogenitura intelligitur constituta. Menoch. *consil.* 713. *num.* 1. & *seq.* Molin. *de primog. Hispan. l.* 1 *cap.* 5 *n.* 34. Fusar. *de substit fideic quæst.* 384 *n.* 2. per rationem, quia de primo intelligitur, si cautum sit, ut unus succedat. Gamma. *Decis.* 224. & quia satis specialiter expressum dicitur, quod virtualiter includitur verbis expressis. Barbos. *in l.* 8. *§ quodam anno. n.* 8. *D. sol. matrim.*

Ad formam autem ejusmodi pactorum requiritur, I. ut fiant consensu omnium interessentium, qui sunt in vivis; licitum enim est possessoribus fideicommissi, si plures adsunt ejusdem gradus, in unum ex illis alienare & cedere. *l.* 114. *§.* 17. *D. de legat.* 1. Menoch. *consil.* 327. *n.* 104. eaque cessio, alienatio & renunciatio valet & subsistit in præjudi-

iudicium posterorum. Cothman. *vol.1 respons. 50. n. 98.* ita ut contrarium postulantes non sint audiendi. *l. 1. 2. Cod si adv. vend.* maximè si in renunciatione, alienatione & cessione specialis mentio facta est heredum & posterorum. Fusar. *de substit. fideicom. quæst. 560. n. 13.* idque exigit honor, reverentia & pietas parentibus defunctis debita, ut gesta à patre & contracta in irritum non revocentur, sed potius maneant rata. H. Pistor. *2. quæst. 13. num. 61.* II. ut fiat pactum liberis nondum natis. Limnæus. *4. Iur. publ. 8. num. 121.* III. ut accedat consensus ordinum Provinciæ. Springsfeld. *de Apanag. c. 5. n. 53.* IV. Ut secundogenitis de condecenti Apanagio prospiciatur. Springsfeld. *ibid. n. 54.* V. ut secundogeniti cum Provinciæ ordinibus pacta ista iuramento firment. *ibid. n. 55.* VI. ut accedat Confirmatio Imperatoris. *ibid. num. 59.* quæ confirmatio tamen non necessario in Comitiis Imperii, scientibus & consentientibus Imperii Ordinibus fieri debet, ut vult Betsius *de pact. famil. c. 9. pag. 708.* neque etiam iuxta eundem Betsium *d. loc.* necesse est, ut præter consensum Imperatoris accedat consensus Dominorum feudi inferiorum, nam sufficit consensus superioris. Borchold. *de feud. cap. 8. num. 52.* ubi ait esse sententiam communem. Erecta denique talia de iure primogenituræ pacta effectus habent sequentes. I. Primogenitus succedit solus in Principatum, & excludit reliquos in divisione à pagis quoque allodialibus, modo provinciæ sint uniti. Reinking. *l. 1. cl. 4. cap. 17. num. 93.* Merlin. *de legitima. l. 2. tit. 1. q. 3. n. 1.* est enim primogenitura proprium lucrum filii primogeniti Cephal. *consil. 3. num. 64.* & ad hoc fit, ut bona unita conserventur penes unum propter decorem familiæ, nec dividantur inter plures. Bald. *in Auth. ex testamento. n. 39. Cod. de collat.* unde etiam dicitur continere quid individuum. Menoch. *consil. 322. n. 64.* II. Solus investit Vasallos feuda à Principatu & familia tenentes. III. Onera Imperii sustinet solus. VI. In Comitiis Imperii comparet solus, ibique votum & sessionem habet. V. Jus superioritatis solus exercet, etiam in terris postgenito in Apanagium concessis. VI. adeoque solus exigit die Landshuldigung. VII. Jus Episcopale & religionis, aliaque iuri territoriali annexa, ut sunt collectæ, indictio conventus Provincialis, vulgò Landtäge solus exercet. Springsfeld. *de Apanagio. cap. 11. per tot* ubi vide omnia latius deducta. VIII. non postremus iuris primogenituræ effectus in eo consistit, ut bona iuri primogenituræ innexa alienari nequeant ad instar fideicommissorum. Nicol. Betl. *de pact. famil. Illustr. c. 8. fol. 484.* idque ex propria natura Molin. *de primog. Hisp. l. 1. c. 20. n. 14.* in tantum ut aliena-

alienationis prohibitio censeatur apposita eo ipso, quòd jus primogenituræ erectum est, licet clausula prohibitiva non fuerit apertè adjecta. Palaez. *de Maiorat.part.4 quæst.1.n.2.* Non tamen ex enumeratis modò effectibus id colligendum est, quasi postgeniti primogenito fratri censeantur subjecti, sicut in Gallia iuris est, ut postgenitus teneatur primogenito ad homagium & fidelitatem præstandam, teste Bodino. *6.de Republ 5.* Siquidem hodiè in Germania ius primogenituræ longè aliter consideratur, & splendidior multò est postgenitorum conditio, utpote qui primogenito ne in minimo quidem sunt subjecti, ut potius eundem cum primogenito gradum, titulum, dignitatem, & Judicem habeant Beth *de pact.famil.c.8.pag.* 437. Schubhard. *de Austreg c.3 n.93.* imò sunt & ipsi status imperii, non repræsentativè, ita ut primogenitus eos repræsentet in Comitiis, & horum quoque nomine votum ac sessionem habeat, uti erroneè putat Springsfeld. *de Apangio d.c.11.n.137.& seqq.* sed per se considerati, licet votum & sessinem in Comitiis non habeant neque exerceant, uti rectè advertit Limnæus *in addit.ad l.1.Iur.publ.c.8.in fin.* adeoque hodiè neque quoad titulum neq; quoad conditionem disparitas est inter primogenitum & reliquos Principes, licet olim fortè fuerit secus, da derjenige so unter Brüdern das Fürstenthumb bekommen/ des Reichs Fürst die übrige Brüder aber schlechthin Fürst oder Fürstengenoß genand sind worden/ ut apparet ex Specul. Saxon. *lib 3.artic.59.* vel ut apud nonnullas familias in usu tum fuit, daß der erstgeborne ein Fürst/ die übrige aber Junckern genand worden/ cuius rei exempla in Hassia quoque extant pervetusta. Unde simul patet, maximè falli Knichen, dum ex parilitate tituli, nominis ac investituræ ius primogenituræ inter Principes Imperii locum habere non posse evincere satagit: nec obstat, sic in Imperio multos effici Principes ac Duces codicillares, nimirum, Duces sine Ducatu, Principes sine Principatu: magis enim id provenire absurdum solet, ubi ex crebra Principatus divisione primogenitus cum reliquis inane retinet nomen, & evadunt sic tandem Principiculi, est enim divisio ordinata ad destructionem subjecti, unio autem ad conservationem dignitatis, decoris & splendoris familiæ tendit, Surd. *consil.* 375 *n.13.* Atque hæc quidem de potiori modo constituendi ius primogenituræ per pacta; ubi ulterius quæri solet, an jus primogenituræ se extendat ad bona futura? quod negat Springsfeld. *de Apanag. cap. 10. n. 18. & seqq & cap. 11. num. 33.* accuratè tamen erit respiciendum ad verba, mentem & intentionem paciscentium. Sunt verò & alii modi introducendi

cendi jus primogenituræ, nimirum II. investitura Imperatoris ad instantiam possessoris. Besold. *consil.* 148. posse enim Imperatorem ex plenitudine potestatis ad commodum unius ex investitis præjudicare aliis ante jus plenè quæsitum, erigendo primogenituram in feudo, etiam antiquo, hinc inde tradunt Dd. Francisc. Niger Cyriac. *controv. forens* 2. *n.* 96. *& seqq.* Mynsing. *Decad.* 11. *consil.* 3. *n.* 36. Menoch. *consil.* 158. *per tot. in pr n.* 40. nec obstat, feudum semel divisibile, semper & perpetuò manere divisibile. Menoch. *consil.* 401. *n.* 28. quia non procedit regula, in feudis dignitatum Majorum & Ducatibus. Rosenthal. *de feud. c.* 9. *conclus.* 56. 57. *n.* 4. & consuetudo divisionem admittens in feudis Majoribus, pactione aut facto Imperatoris contrario facilimè expugnari potest. Schurf. *centur.* 1 *consil.* 17 *n.* 17. *in fin.* III. Testamento cum Imperatoris & reliquorum agnatorum consensu erecto, Myler. *in addit. ad Rumelin, part* 3. *Differt.* 5. *th.* 8. quo casu filii approbantes semel testamentum, primogenituram impugnare nequeunt. Menoch. *consil* 401. *n.* 36. IV. Pacto dotali in contractu matrimonii erecto, si Dominus feudi id confirmet. Nicol. Boër. *Decis.* 204. Quid Pap. *quæst.* 267. 505. Menoch. *consil* 203. atque sic non ita pridem in Illustrissima quadam familia contigisse memini, & denique V. Præscriptione temporis longissimi. Tiraquell. *de Iur. primog. quæst.* 16. *n.* 11. *item quæst.* 30. 91. 92. Le Cirier. *L.* 1. *de Iur. primogen. q.* 3. *& l.* 3 *q* 9. quod quadraginta annorum esse debere concludit & probat Gutierez. 5. *præct. quæst.* 62. *n.* 11. *& seqq.*

Ad Tit. XXV.

dominium competat) Primogenitus proprio jure possidet, neque *possessio* respectu secundogenitorum potest dici *precaria* aut *familiaris*; siquidem precario aut familiaritatis jure non possidet is, qui habet titulum, neque in jure præsumitur aut dicitur quis jure familiaritatis possidere, nisi ubi alius titulus dari nequit, quo præcedente proprio jure possidere quis dicitur, & possessio jure familiaritatis est nulla. Curt. Jun. *part.* 2. *consil.* 168. *nu.* 33. 34. Sicuti etiam cessat possessio jure familiaritatis, si versamur extra terminos juris communis, & sumus in terminis pacti seu statuti. Nicol. Everhard. *consil.* 136. *n.* 36. Futile ergò est argumentum nonnullorum, quod contra jus primogenituræ ex capite possessionis precariæ & familiaris sumere solent; locum autem in eo demùm casu posset habere, si fratres invicem convenissent, ut Primogenitus Principatum administraret nomine

communi, is autem jura postgenitorum invertere, & sibi soli dominium arrogare vellet.

volumus successurum) Ad successionem primogeniti requirunt Dd. ut sit habilis tempore successionis delatæ, alias paria esse dicunt, non extare & esse inhabilem. M. de Afflict. 3. *Feudor. quæ sit prim. ca. amit feud. gloss.* 3. *numer.* 23. hæcque sententia in feudis majoribus apertè sic decisa videtur, quia regula est, mutum vel aliàs imperfectum à successione excludi. *tot tit. an mut. vel al. imp. feud. retin.* idque extra dubium est, si, ut dixi, successionis delatæ tempore imperfectio aut inhabilitas illa jam adsit, adeoque vitium sit à natura: quod si verò post delatum jam successionem vitium superveniat ex post facto, primogenitus regulariter non excludetur, sed vel curator ipsi dandus, aut si vitium sit constans & incurabile, locus fit proximiori: quo posteriori tamen casu inter bona allodialia & feudalia annexam dignitatem administrationem habentia subdistinguendum erit iuxta tradita Le Cirier *l.* 3. *de Iur. primogen. quæst.* 4. Casp. Anton. Tessaur. 2. *quæst forens.* 62. *per tot.* ita ut illa retineat inhabilis in alimenta, his privetur; si enim prodiret primogenitus, plus esset in dedecus familiæ, quàm in excellentiam. Le Cirier. *d. loc.* adde Bald. *in tit. de success. feud. Cod.* 4. *pr.* & alios allegatos apud Myler. *in addit. ad Rumelin. p.* 3 *Dissert.* 5 *th.* 12. *lit. a.* Alii aliter distinguunt inter Regna, quæ deferuntur electione, & in quæ succeditur iure sanguinis, ita ut illo casu procedat privatio juris primogenituræ, & locus detur secundogenito, hoc non. P. Gregor. Tholos. 7. *de Republ.* 6. Sed hæc distinctio repugnat A. Bullæ, & prior doctrina communiter est recepta ac verior, maximè cum sanior Feudistarum pars regulam de exclusione furiosi & inhabilis ita temperet eleganter Rosenthal. *cap.* 7. *de feud. conclus.* 27 28. atque ex his facile patet, quid sit dicendum de exemplo Oziæ Regis lepra percussi 2 *Paralip.* 26. 21. qui ob notabilem illum defectum non legitur regno exutus, sed administrator ipsi datus Jotham filius, qui nomine patris palatium & regnum administravit: neque n. Oziæ successio iam delata & ius effectualiter quæsitum ita auferri potuit, maximè cum spes restitutionis & morbi non perpetui adfuerit: Sunt verò & alii modi amittendi ius primogenituræ. I. delictum, si sit tale ob quod de iure feudali quis incurreret feloniam, ubi tamen pro regula tenendum est, successionem transferri in ordine ac iure proximiorem;

nemo

nemo enim poteſt ſucceſſori in iure primogenituræ præiudicare neque per contractum neque per delictum aut per teſtamentum. Schrader. *conſil.* 13? *num.* 194. *& ſeqq.* Springsfeld. *de Apanag. cap* 3. *num.* 180. Ita Cain, dum perdiderat ius primogenituræ propter fratricidium, Seth conſecutus illud eſt lege & ordine naſcendi: neque faceſſit negocium exemplum filiorum Jacobi Patriarchæ, quos inter Ruben exciderat iure primogenituræ ob commiſſum inceſtum, Jacob. a. moriturus id legitur conceſſiſſe quartogenito Judæ, excluſis proximioribus Simeon & Levi, 1. *Chron* 5. 2. id enim ſingulare eſt, & factum propter perpetratum ex ira pertinaci delictum in urbe Sichem. *Geneſ* 34. 27. *& ſeq* P. Gregor. 7. *de Republ.* 5. *num.* 14. Nobilis à Rusdorf *in Vindiciis cauſ. Palatin cap.* 5. II. Amittitur ius primogenituræ renunciatione & ceſſione, exemplo Eſavi *c quam periculoſum. cauſ.* 7. *quæſt.* 1. præſertim ubi acceſſerit iuramentum. *c. quamvis x. de pact* Panorm. *in c. licet x. de voto.* hocque hodiè non habet dubium, maximè ſi conſiderentur iura primogenituræ, qualiter fuerunt à tempore Aaronis uſque ad hodierna ſecula diſtincta & ſeparata à ſpiritualitate. Le Cirier. *de Iur. primog.* 3 *quæſt.* 8. ubi hanc quæſtionem accuratè tractat. Tum demum verò licita eſt renunciatio & ceſſio iuris primogenituræ, ſi non fiat in præiudicium tertii & contra publicam utilitatem, aut expreſſam legis prohibitionem, Rusdorf. *in Vindic. cauſ. Pal. cap.* 5. *num.* 11. atque ſic primogenitus non poteſt renunciare in favorem tertiogeniti ad præiudicium ſecundogeniti. Arnold. Ferron. *in Conſuet. Burdigal. de retract.* §. 5. *col.* 2. Siquidem tertius non debet gravari per renunciationem primogeniti iure ſuo quæſito, & quod lex mihi dat mea cauſa, eo non licebit uti, dummodò aliis non faciam iniuriam, ſed ſolùm detraham quid de meo iure. Cicero. 3 *ad Verr.* unde vel ex hoc ſolo valuiſſe dicenda eſt renunciatio Eſavi in Jacobum, cum ille non habuerit filium neque alium proximiorem qui potuerit ius quæſitum allegare. Rusdorf. *d. c.* 5. *n. fin.* non obſtat, ea quæ ſunt iuris naturalis, non poſſe amitti renunciando, quia ſaltem vera eſt regula quoad ea, quæ propriè ſunt iuris naturæ, nemo enim renunciando vel aliter efficere poteſt, ut non ſit à matre primò natus; non quoad ea, quæ beneficio legis addita ſunt iuri naturæ, hiſce enim quò minus renunciare quis queat, nihil impedit. III. Amittitur facto Imperatoris, ſi ex poteſtatis plenitudine & iuſtà aliqua cauſa alicui ius primogenituræ aufert, *Le Cirier L.* 3. *de jur. primog.*

primog. quæst. 7. quæ tamen causa debet esse gravior iis, ob quas alias feudum amittit Vasallus. Zoannet. *de primatu. c.* 5. Bald. *in l. fin. Cod. de legib.* Sicut enim Imperator ex justa causa robur addit constitutioni primogenituræ, & facit ut subsistat, ita eandem ex justa causa potest destruere Matth. de Afflict. *in c. Imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alien per Frider. nu* 7 *in fin.* ubi admonet primogenitos, *ne multum confidant in primogenitura.* Talem verò potestatem nunquam habet Pater *primogeniti*, qui per testamentum, aut alio modo non potest privare primogenitum iure primogenituræ, Le Cirier 3. *de jur. primog. q.* 6. Hercul. Marescot. 2. *Var. resol.* 90. Engelbrecht. *de success. in Elect. th.* 21. est enim ius primogenituræ legitima primogeniti, qua filius non potest privari. Cirier. *d loc. n.* 11. *& seqq.* atque hoc in tantum verum est, ut ne quidem ex causa ingratitudinis pater primogenitum iure suo privare queat, Springsfeld. *de Apanagio. c.* 3. *n.* 184. *& seqq.* non obstat. *c licet. x. de voto.* per quem textum in contrariam partem discessit Martin. Laudens. *de jur. primog. q.* 9. ibi enim speicialis casus est favore fidei promovendæ, & quia filius libera aliqua voluntate sub pœna caducitatis præceptum patris susceperat. Cirier. *d. q.* 6. alias in tantum verum est, non posse patrem præiudicare filio invito in iure primogenituræ, ut ne quidem à primo instituente id revocari, tolli aut minui possit. Francisc. Niger Cyriac. 2. *controv.* 312. *n.* 85. *& mult. seqq.* ubi latè deducit, & ex Molina elegantem adfert rationem, quia ius primogenituræ semel acceptatum, censetur esse acceptatum nomine omnium successorum, quicunque futuri sint, quibus eo ipso ius acquisitum & communicatum sit, & sine facto proprio auferri nequeat; atque hinc fit, ut si primogenitus gravetur à patre in primogenitura, possit contravenire & impugnare talem dispositionem, etsi fuerit heres defuncti. Ar. Pinell. *part.* 3. *lib.* 1. *nu.* 99. *Cod. de bon. matern.* Cyriac. *controv.* 23. *per tot.* Aliter distinguit Peregrin. *de fideicom. artic.* 22. *n.* 97. an ius primogenituræ descendat & introductum sit à lege, an à pacto & hominis institutione: illo casu ait posse patrem ex causa justa secundum præferre primo, hoc non utique, sed observandum potius esse ordinem in pacto ex hominis provisione semel positum, ibique pro firmanda hac distinctione adducit Tiraquellum & alios. Sed reiecta hac distinctione insistendum potius est supra dictis, vid. Myler. *de Princip. Imp. cap.* 21. Non obstat exemplum Davidis, qui natu minimum Salomonem constituit Regem, exclusis reliquis. 1. *Reg.* 3. hoc enim speciale & instinctu Spiritus S. factum, non esse ad consequentias trahendum rectè adver-

advertit Le Citier. *de Iur. primog.* 3. *q.* 3 *n.* 6. posset etiam dici, Davidem fuisse primum, qui Regnum acquisiverat in hæreditatem à Deo, adeoque potuit ius dicere filiis suis, quemadmodum ad hoc &. Ptolomæi exemplum, qui contra jus gentium natu minori regnum tradiderat *teste Iustino lib.* 16. respondit P. Gregor. 7. *de Republ.* 5. §. 14. Quod si consentiente primogenito jus transferatur in secundogenitum, res est extra disputationem; atque huc pertinet exemplum Friderici, I. Brandeburgici, qui consentiente filio Joanne Electoratum concessit Friderico secundogenito. Besold. *de success. Reg. lib.* 1. *Dissert.* 2. *th. penult.* An *autem* per simultaneam investituram & receptionem postgenitorum in eam, recessum à jure primogenituræ, idque sublatum censebitur? Ita putat Tiraquell. *de jur. primogen. quæst.* 4. *n.* 56. 57. per rationem, quia plures simpliciter vocati, omnes simul pro virili portione admittuntur, nec unus præ aliis ratione ætatis aut primogenituræ privilegium aut prærogativam habet. Schrader. *consil.* 13 *n.* 103. atque exin Knichen. s. allegato loco argumentum pro impugnando jure primogenituræ in Principatibus Germaniæ sumsit. Sed verò hæc sententia à praxi & consuetudine Germaniæ in multis Principum familiis longè recedit, ubi nihil videmus frequentius receptum, quam ut stante primogenituræ jure omnes Agnati familiæ universæ simultaneè investiantur. Reinking. *de R. S. & E. l.* 1. *cl* 4. *cap.* 17. Springsfeld. *de Apanagio. cap.* 11. *nu.* 274. *& fin.* ubi regulam primogenituræ non infringi docet, si ex conventione & pacto cum primogenito reliqui quoque fratres & agnati Investituram simul petunt, cum nihil impediat, Principatum esse indivisibilem & ex pacto pertinere ad primogenitum, in Investiturâ autem omnes vocari, quia hoc intelligendum est secundum subjectam materiam, ordine se, successivo, Schrader. *d consil.* 13. *n* 362.

fratres) Jus primogenituræ sub ea forma instituendum suprà dixi, ut pro alimentis & honesta sustentatione, salva tamen Principatus integritate, postgenitis assignanda sit certa portio. Le Citier. 2. *de Iur. primog. quæst. final.* neque enim valeret consuetudo aut pactum, quo primogenitus succederet solus, & fratribus aliqua portio non daretur. Abb. Sicul. *in c. licet. x. de voto.* imò esset Diabolicum, cum Abimeleco quem hodiè sequuntur Turcæ, postgenitos dare internecioni *Iudic.* 9. 5. & extremè impia est nonnullorum comparatio, qua tyrannicè persuadere satagunt, sicut calx compaginet ædificia, quæ aliàs consistere non possint, ita sangui-

guinem omnium, qui dominationi obstare possent, consolidare novi Principis dominationem. Solet autem postgenitis assignatio dari vel in certa pecunia *Genes* 49. Guid. Pap. *Decis.* 476. *numer.* 1. aut in aliqua provincia. Tiraquell. *de Iur. primogen. quæst* 4. *numer.* 48 Et vocatur vulgò Apanagium: Germanicè Abfindung / unde postgeniti abgefundene Herrn dicuntur ad differentiam primogeniti, qui ein regierender Herr nominatur. In assignando eiusmod Apanagio mit Land und Leuten observandum est. I. exemplum Josaphat, qui postgenitis 2. *Chron.* 21. concessisse legitur civitates munitas, non esse trahendum in consequentiam, nec debere postgenitis dari partus aut munimenta, præsertim limitanea, idque ob præcavenda dissidia & motus. Springsfeld. *de Apanag. c.* 8. *in fin.* II. monendum, ut concessio fiat salvo iure superioritatis, velut ait Myler. *de statib. Imp. cap.* 22. ut non nisi eo titulo ac modo concedatur terra postgenitis, quo viduæ Illustres sua possident dotalitia. Utplurimùm verò circa Apanagii constitutionem attendendum est ad pacta & consuetudinem in familia quaque receptam.

& sorores.) Primogenitus sororibus & filiabus alimenta & dotem præstare est obstrictus, & alimenta quidem accipiunt Principes fœminæ à primogenito ex feudo & bonis Domanii, usque dum elocentur: Elocatæ verò & nuptæ certa dote sub iurata renunciatione contentæ esse debent. In Hassia dos Principum fœminarum est 20000. florenorum. In Saxonia Electorali 30000. Joachimicorum: In Saxonia Ducali 20000. floren. In Domo Brandenburgica 10000. aureorum. In Holsatia 20000. Imperial. In Domo Wurttenbergica 32000. aureorum. Myler. *in addit. ad Rumelin. pag.* 3. *Dissert.* 5. *thes.* 14. *circa fin.* Springsfeld. *de Apanag. cap.* 12 *num.* 36. *& seq.* atque hæc dotatio ut plurimùm hodiè fit collectando subditos, unde quæri solet, I. an hoc jus collectandi pro maritandis filiabus competat Principibus de jure, an de consuetudine? Prius affirmat Kirchov. *centur.* 3 *comm. opin. conclus.* 77. Stephani. 2. *de Iurisd. pag.* 1. *cap.* 7. *num.* 462. Frider. Mindan. 2. *Mandat.* 45. *num.* 6. quos novissimè sequitur Springsfeld. *de Apanag cap.* 12. *num.* 48. Quanquam verò dotis causa sit pia & favorabilis, & sententia hæc rationibus non destituatur, communior tamen est opinio, eiusmodi collectam de iure non posse imponi, nisi in casu, quo ærarium Domini est exhaustum Vultej. *vol.* 3. *consil. Marp.* 37.

num. 142. vel si pacto cautum aut consuetudine obtentum sit, ut Dominus collectare subditos possit pro maritanda filia. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 77. Mund. *de muner. & honor. cap.* 3. *numer.* 20. *& seqq.* Henric. Bocer. *de collect. cap* 6. *num* 52. *& seqq.* Schütz. *vol* 2. *Iur. publ disp.* 5. *thes.* 5. *lit. c.* Consuetudo vero ista in Germania non est universalis, quæ ius conficiat, sed particularis, quæ in regione ubi viget, observari debet, neque ad consequentiam potest trahi. Bocer. *d. l. nu.* 59. Klok. *de contribut. cap.* 8. *num.* 31. *& seqq.* imò est probanda. Rosenthal. *d. conclus.* 77. *num.* 5. qui *sub lit.* 6. simul testatur, multis in Germaniæ locis subditos precariò contribuere ad nuptias filiarum Principum, & sententiam Mynsingeri 5. *obs.* 21. non usqueqnaque observari. Ulteriùs, II. quæri solet; An consuetudo collectādi subditos pro maritagio extēdat se ad filias postgenitorum? Affirmantem sententiam secuti sunt Vultejus *vol.* 3. *consil. final numer.* 42. 277. Matth. Stephan. 2. *de Iurisd. part.* 1. *c.* 7 *num.* 464. Negativam vero amplexi sunt Cothmann. *vol.* 4. *consil.* 3. 4. Klok *de contribut c.* 8. *n.* 46. contradictionem hanc tam præclarissimorum JCtorum nonnulli conciliare sunt conati, ut Cothmannus exaudiendus sit in casu Apanagii proprii: Vultejus & sequaces de improprio & conventionali Apanagio loquuntur, ubi Apanagiatus ab Imperatore cum iure territorii & superioritatis fuerit investitus, sequitur Myler. *in Addit. ad Rumelin. p.* 3. *Differt.* 5 *th.* 14. Sed hæc distinctio non exhaurit difficultatem, siquidem notum est in Principatibus Germaniæ jure primogenituræ & Apanagii dependere à pactis conventis, adeoque esse impropria, magis itaque est, siquidem pactæ familiarum hanc quæstionem non determinant, ut de iure verior sit negativa Cothmanni sententia, non tantum per rationem à Klokio *d. c.* 8 *n* 46 allegatam, quia Apanagiatus id quod suum est, iam sit consecutus, sed etiam quia Apanagium est loco hereditariæ partis Matth. de Afflict. *in c. Imperialem.* §. *præterea de prohib feud. alien. n* 17. Jam autem constat, dotem de iure communi ex bonis patris propriis esse solvendam, sicut etiam Apanagiatus reliqua onera, quæ imponuntur personæ pro prædio, ad ratam solvere tenetur. M. de Afflict. *d. loc. n.* 18. Quæritur. III. Si in pacto familiæ, doti pro filiabus postgenitorū exsolvendæ additur certa quantitas pecuniæ pro cōparandis jocalib9 vulgò: Kleidung/vnd Geschmuck/ cōsuetudo autem loci permittat collectā maritagii, an primogenitus teneatur postgenitorū filiabus jocalia de bonis Cameræ exsolvere?

Quod

Quod nego, quia consuetudines sunt stricti juris, & quanquam de jocalibus & pretiosis idem sit judicandum, quod de dote ipsa Curt. Jun. *consil.* 129. *in fin.* cum sint accessorium dotis & quasi appendix. Belold. *part.* 4. *cons.* 151. *n.* 57. *& seqq.* tamen id fallit in casu, ubi specialis requiritur dispotio vel provisio *l. centum capua. cum. l final D. de eo quod cert. loc.* adeoque si consuetudo nihil apertè de jocalibus & accessorio introductum est, meritò res relinquenda censebitur dispositioni iuris communis, quod Apanagiato injungit onus dotandi filias. Non obstat, constitui plerunque Apanagia pro alimentis postgeniti absque onere, quia Apanagium ab oneribus principatui & primogenito incumbentibus liberum esse intelligitur, non verò ab onere dotandi filias proprias, nisi pacta aliud disponant.

& pium exhibebit) Exsolutio Apanagii est onus Domanii, & pertinet ad primogenitum, neque tenentur subditi aut status provinciæ, ad eius solutionem ne quidem in casu necessitatis. Springsfeld. *de Apanagio cap.* 7. *per tot.* Constituitur autem Apanagium non ex substantia seu corpore primogenii, prout vult Molina *de primogen. Hispan. l.* 2 *cap.* 15. *n.* 10. sed per modum provisionis, non habita ratione ad æstimationem ipsius Principatus, neque ad reditus, sed tantum ut secundogeniti honestè se alere queant. Mercurial. Merlin. *de legitima l.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 13. ubi sententiam Molinæ & Boërii *Decis.* 204. *num.* 14. non esse veram, nec ullo modo amplectendam ait, adde Le Cirier. *de jur. primog. l.* 2. *qu.* 16. *col.* 2. *numer.* 3. adeoque sicubi primogenitus bellica calamitate pressus, citra culpam & factum proprium Apanagium in pecunia annua constitutum exolvere nequeat, non erit cogendus ut cedat proprietatem Belold. *Dissertat.* 5. *de success. reg th* 6. sed pro fructuum proportione ex boni viri arbitratu alimenta convenienter erunt æstimanda, & exsolutio in tantum fiet, in quantum facere poterit primogenitus, donec ad meliorem statum res deveniet per *text. in l.* 6. ubi Bart. *D. de cess. bon.* quem textum singularem & mirabilem appellat Boër. *Decis.* 19. *nu.* 6. faciunt huc tradita à Dd. *in* § *sunt præterea. Inst. de action. ubi Iason. & Schneidevvin.* nisi fortè propriâ primogeniti culpa Apanagium non exsolveretur, tunc enim ad cessionem proprietatis pro quantitate constituti Apanagii agi posset. Giurba. *Decis.* 24. *num.* 24. *in fin.* Vincent. Carocc. *Tr. de remed. except.* 25. *num* 12. maximè ubi hypotheca expressa in eum casum contraventionis sibi caverint postgeniti. Surd. *consil.* 351. *numer.* 11. *& seqq.* aliàs

autem

autem rescissioni pacti prorsus non datur locus, etsi pactum fuerit juratum. Menescoc. 1.var.resol.89.numero 3.Franc. Niger Cyriac. controv.forens.193.numero 13. & seq. Quæritur autem, An primogenitus vel eius successor si pervenerit ad pinguiorem fortunam, possit revocare à secundogenito assignationem pro Apanagio factam in proprietate, & solvere pecuniam annuam? & meâ opinione distinctim erit respondendum, vel enim. 1. in ejusmodi casum de revocanda proprietate specialiter est conventum aut reservatio interposita; vel 2. per judicem adjudicata est assignatio secundogenito; aut denique. 3. à primogenito sponte & libera voluntate facta est. Priori casu res absque difficultate transit, sicut enim protestatio conservat jus protestantis, ita idem est in facta reservatione, quâ nihil est aliud, quam quædam exceptio declaratoria regulæ, à qua fit reservatio, in quibus terminis procedat, & quid voluerint reservantes in dispositione contineri. Surd. consil. 402. numero 7. & decis.163. num. 18. Altero casu, ubi assignatio facta est per judicem viâ juris ad instantiam & querelam secundogeniti, revocatio cessat, quia legitimè factum non retractatur, licet superveniat casus, à quo nō poterat incipere factum. c.73. ubi Pyn. de regul. Iur. in 6. maximè ubi casus superveniens & ab initio actum impediens, tenderet ad eundem finem cum actu gesto, tunc enim per istum non tollitur quod semel est gestum, nec retractatur ob defectum causæ, quæ ab initio vigebat. Ita in terminis Fr. Nig. Cyriac. controv. forens. 277. n. 16. Tertio denique casu revocatio locum habebit. Cyriac. d. loc. n. 12.

juxtaque suum beneplacitum) Debetur Apanagium postgenitis, etsi aliunde habeat, unde vivant P.Gregor. de vit. & milit. q. 4. n. 5. Merlin. de legit. l. 2. tit. 1. q. 3. num 9. Springsfeld. de Apanag. c. 13. num. 44. & seqq. neque n. hactenus beneplacito primogeniti relictum est, ut postgenitis apanagium neget. Afflict in c. Imperialem. §. præterea num. 21. aucto tamen Principatu beneplacito ejus relictum erit, num augere velit Apanagium, licet aliàs ad Apanagii constitutionem aut computationem non consideretur augmentum feudi. Franc. decis. 61.

patrimonij facultates) Subintrat hic pulchra & difficilis quæstio, an Apanagium constituendum sit postgenitis iuxta quantitatem legitimæ in Auth. novissima Cod. de inoff. testam. definitam? M. de Afflict. in Constit. Neapol. lib. 3. de adjutor. pro milit. frat. rubr. 18. numero 4. affirmat, & in S. Consilio Regio ita judicatum refert: hanc sententiam æquam

O dicit

dicit Afflict. *d. loc.* & sequitur eandem ex Germanis Myler. *in addit. ad Rumelin. p.3. Diss.5.th.12. lit.b.* H. Pistoris 2.*q.*38.*n.*10.*& seq.* ubi docet quod ad supplementum legitimæ hoc casu detur actio: Ratio potest esse, quia de jure feudali nihil dispositum reperitur de legitimâ filiorum in feudis, unde meritò debet regulari secundum disposita per jus commune in omnibus bonis circa legitimam. Rosenth. *de feud. c.7.q.13.nu.7.in fin.& lit.f.* Aliter distinguit idem Afflict. *in d. c. Imperialem.§.præterea.de prohib.feud.alien.n.*19.20. an succedatur patri; & apanagium esse tantum, quantum est legitima; an verò succedatur agnato & tunc apanagium succedere loco alimentorum, neque necesse esse, ut æquet portionem legitimæ, quæ jure naturæ aliàs debeatur; hodiè difficultas hæc sopiri solet familiarum pactis, quæ constituunt Apanagium pro dignitate postgenitorum, ut honestè queant vivere non habitâ ratione valoris feudi aut fructuum inde provenientium, neq; enim in feudis primogenituræ detrahitur legitima. Guid. Pap. *decis.* 476. *numero* 1. proinde nec apanagium intelligi debet de legitimâ jure naturæ debitâ, sed de subsidio aliquo pro sustentanda vitâ postgeniti, idque subsidium decernitur boni viri arbitratu; eleganter Surd. *consil.*427. *numero* 40. *& seq.* Merlin. *de legit.l.2.tit.*1. *quæst.*2.*numero*13.*& seqq.* non secus ac dos, quæ debetur filiabus ab hereditate exclusis, metam legitimæ non sequitur, sed sufficit si sit congrua pro dignitate personæ & modo facultatum. Molin. *de Hispan.primogen.* 2.*c.*15. *numero* 37. Reinking. *ad l.fin.Cod. de pact.numero* 157. atquè sic postgeniti non possunt provocare ad quantitatem legitimæ, sed debent esse contenti alimentis pro dignitate familiæ sibi provisis. Springsfeld. *de Apanag.c.* 8. *numero* 40. Non obstant supra adducta in contrarium, rectè enim ex Borello & alijs Francisc. Niger Cyriac. *controv.for.* 2. *numero* 74. ea procedere dicit in feudis, ubi omnes æqualiter succedunt, non si ex pacto, aut consuetudine feudum debeatur primogenito, quemadmodum & H. Pistoris non loquitur de feudis annexam dignitatem habentibus, adde Merlin. *d. t.* 1. *quæstion.* 4. *numero* 15. Francisc. Niger Cyriac. *controv.* 2. *numero* 76. 77.

modis omnibus interdicta) Primogenitus citra nullitatis vitium nihil alienare posse de bonis primogenituræ subjectis *S.h.t.§.si cæteros.* dictum est. De cætero autem, quatenus ex justa causa contra jus primogenituræ dispensari queat; vide apud Springfeld. *de Apanag.c.*10.*numero*15. 16.*& seqq.* M. de Afflict. *in c. Imperialem.§. præterea.num.*7.

Aa

Ad Tit. XXVI.

celebranda) Verissimè Blondus *lib. 2. instaur. Romæ* scripsit, apud Romanos Comitia, verum & solidissimæ Reipubl. & libertatis nervum, eam habuisse vim, ut libertas & Respubl. tantum fecerit decrementi, quantum sensim Comitijs fuerit detractum. In omni enim gente & populo receptum est, ut ad conservandum Imperij cujusque statum instituantur conventus publici: Antiqui Germani ejusmodi publicos conventus appellitarunt Höfe/hochzierliche Höfe/ad exemplum latini verbi *Curia Imperialis* vel *Regia*: hodiè dicimus Comitia Reichstag/Reichs-Versamlung; Solebant antea Comitia celebrari annuè. Königl. Landfried zu Wormbs. 1495 Rubr. von der überfahrer & Handhabung deß Friedens de eodem anno §. es sollen vnd wollen. §. Auch sollen wir. hodiè instituuntur rarius. Causas autem in Comitijs tractari solitas, quo item modo tractentur & quæ observatu necessaria sint, accuratè præter Lehmannum. 2. *c. 39. Chron. spir.* pertractant Arumæus, Bertram & Limnæus, ipsique Recessus Imperij ac Imperatorum Capitulationes legendi viam monstrant. Olim negocia Imperij publica citra invidiam & luxum, seposito omni privato studio feliciter expediebantur, Imperatorem carro insidentem & duobus tauris vectum pedibus concomitabant Principes, teste Lehman. 2. *Chron. spir.* 37. ubi addit, daß bey Caroli M. Zeiten solche Ochsenfahrt abgangen vnd Carolus M. in seiner grössesten Herrlichkeit zu Fuß gangen vnd in Kleydung sich sehr schlecht getragen habe. Idem testatur Eginhardus *in vita Caroli M.* Hodiè profusissimi isti apparatus, pompæ, ceremoniæ, invidia, æmulatio, ac partium studia quid non detrimenti attulêre rei publicæ, ut fere amplius appareat nulla, & maximè opus habeat cauterio, si ad sanitatem pristinam fuerit Deo volente reducenda. Carolus IV. heic loci saltem designat augusta Electorum officia, Imperatori in solenni Coronationis actu quæ exhibenda sunt, atque in hisce illustrissimis officialibus longè augustior splendescit Imperatoris Majestas, cui tanti inserviant viri Principes tam in processu quàm in mensa. Carpzov. *de L. Reg. Germ. c. 10. sect. 6. n. 1. & seqq.*

Insignijs imperialibus induetur) de insignijs Imperialibus, paludamento, toga vel pallio, vid. M. Fecher. *ad P. de Andlo lib. 2. c. 6. in pr. pag.* 182. *& seqq. & c. 8. pag.* 194. ubi plura de clenodijs Imperatorijs. Amictus a. Imperatorius, quo hodiè Imperator induitur, cum reliquis ornamentis divi Caroli quæ recenset. H. Majrus *in Coronat. Caroli V.* summo studio asservatur Noribergæ à tempore belli Hussitici, ut vult Dn. Lindenspur. *ad tit. 22. A.B.* & est inter cætera pallium Caroli Magni. Olim in custodia atque cura conservarunt insignia Imperij Duces Bojariæ, Gewold. *d. S. Imp. Septemvir. c. 10.*

Regalia) Imperatoris sigillum duplex est, majus & minus, majus appellatur Bulla, Maiestas, & Typarium, quo in actibus majoris momenti uti solet. M. Freher. *ad P. de Andlo. l. 2. c. 5. pag.* 161. Inventus autem fuit sigillorum usus ad evitandas fraudes, itemque ad fidem & probationem rei, ita ut sigillum ipsius rei veritatem & fidem denotet ac conservet; & apponitur vel *literis patentibus*, & manifestat rem pro fide rei gestæ, vel imprimitur *epistolis* & literis, & illi soli cui scribitur cõtenta aperit, alijs verò claudit. Casp. Ant. Tessaur. 2. *quæst.* for. 100. *n.* 9.

deportabunt) Præter typaria Regni Arelatensis, Italiæ ac Germaniæ, quæ Imperatori præferunt Electores Ecclesiastici, præferuntur à secularibus, Sceptrum, Pomum ac Ensis. Hodiè additur Corona. Sceptrum Brandeburgicus gestat manu. Pomum Bavariæ Elector. Ensem Saxo, Coronam Palatinus: quilibet suo ordine ac loco. Sceptrum penes omnes gentes antiquissimum Regiæ dignitatis Signum fuit; antiquiores ejus loco habuere hastam, item Ciconiam *Hippodamo superimpositam*: significatur a ejusmodi diademate Regimen Regis in administranda Justitiâ, præmiorum item & pœnarum distributione justa, teste Viterbiens. *p.* 19. *Chron.*

In manibus Regum dum regia sceptra tenentur,
Tunc quasi per virgam compescere cuncta videntur,
Pœnaque præstatur quæ ratione datur.

Pomo aureo, cui crux superimposita, significari dicitur *Dominiũ mundi* divinis auspicijs Imperatori concessum, quæ significatio exaudienda est juxta terminos habiles, ut Imperator ad instar alterius Regis superiorem nõ recognoscentis, partem mundi sibi concreditam gubernet, crucemque superimpositam intuens cogitet, se pacis causa Dominum constitutum esse, sicut Christus cruce orbi pacem æternam peperit. Limnæus *in Annotam. ad artic.* 30. *Capit. Carol. V. verbo* Empfahen. *n.* 57. adde M. Frequer. *ad P. de Andlo. l.* 2. *c.* 6. *pag.* 182. Per Ensem figuratur supremæ potestatis tessera, & quæ inde dependeat, belli pacisque & alia jura. Corona aurea nihil signatur aliud, quàm Maiestas Regis inviolabilis. Sicut enim in terris nihil est luculentius aut opulentius tali Diademate, ita nihil nec dici aut fingi potest Imperatoriâ dignitate majus. Hæc sua vi nixa excedit omne humanum fastigium; uni divinitati assurgit; est Imperator in terris Deus visibilis, inter eminentes altissimus. Coronæ

aurea

aureæ ſynceritate admonetur Imperator ejus puritatis quam Deo, conſcientia ac populo univerſo præſtare tenetur, ut ſc. omnia ex pietatis virtutisq; regulis moderetur, & intelligat, unde comparata ſint ſuffragia, ſtudia, obſequia & conſenſus univerſorum, nimirum ut Unus ſit inter innumerabiles mortalis, cujus curâ nitantur cæteri, talisq; ſit univerſis, qualem ſibi optat Deum. Hoc Diadema Regium olim nihil erat aliud, niſi vinculum capitis, ſeu *faſcia candida, linea, plectilis, textilis*, evinciens caput Regis, de qua faſcia olim Rex ille ſubtilis judicij ap. Valer. Max. *l.7.c.2.* quem Plutarchus *in πρεσβ. πολιτ.* Seleucum nominat. *O nobilem*, dicebat, *magis quàm felicem pannum, quem ſi quis penitùs cognoſcat, quam multis ſolicitudinibus, periculis & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet.* Priſca illa linea faſcia nullo artificio operoſa, nullis opibus tumida, nullo accerſito lumine coruſca, ſed ſolo candore conſpicua fuit, cui tamen ſimplicitati hærebat multa Majeſtas. Subſequentibus temporibus è faſcia lineâ facta eſt lamina aurea, eaq; gemmata, quæ eſt prima pars diadematis, propriè caput Regis evinciens. Et quanquam olim priſci illi Reges in certis quibusdam ſolennitatibus coronis quoq; aureis conſpicui apparuerint, poſtmodùm tamen *Corona aurea* unum, & perpetuum manſit verè *Diadema Regium*, usq; ad noſtra tempora, quo ut dixi ſummum faſtigium & Maieſtas Imperatoris præfiguratur, & longis paraſangis diſtat à varijs illis coronarum generibus olim apud gentes uſitatis, quarum aliæ Virtuti, aliæ Victorijs, aliæ hilaritati ac lætitiæ, aliæ pietatis cultui conſecrari ſolebant.

deputandi) Olim Imperatori à Pontifice coronato præferebantur Coronæ Germanica & Lombardica, & quidem à Principibus ex Imperatoris arbitrio ad hoc deputatis. Hodiè octavo inſtituto Electoratu Palatinus Elector, tanquam Archi Theſaurarius Coronam Imperatori præfert & prætereà aurum & miſſilia, die Freuden-Müntz in Gold in populum ſpargit. Exagitat triplicis coronationis uſum Carol. Paſchalius *lib.10. coronar. c.7.* Non una, inquit, coronà inſignitur Imperator, ſed ut plurimum tribus, quandoq; quatuor & quinque, ut accidit Friderico, authore Ottone Friſingenſi. *Prima* de regno Francorum *Aquisgrani.* Sed hanc ego Coronam aſſimilo triumpho Domitiani de Germania. *Secunda Ratisbonæ* de regno Germaniæ. Cujus regni nihil quod ſciam extat præter inane nomen. *Tertia Papiæ* de Regno Lombardiæ, & hîc quoq; vano titulo. *Quarta Romæ* pro Romano Imperio. Cujus ne ullum quidem niſi in libris veſtigium extat. *Quinta Moduntiæ* pro Regno Italico ſive Longobardico, & hoc quoq; regnum Italicum mente concipi veriùs, quàm manu tangi, aut oculis deſignari ubi ſit, poteſt. Verè Julianus loquens de inani purpurâ, ſine viribus maximis panni quid faciunt leves? Ita ſine regnis, cui rei tantus verborum tumor, qui nihil concrepat ni-

si regna quæ nusquam sunt? Hactenus Paschalij verba & mens. Equidem lubens fateor, Imperium quod Otto Magnus potenti manu apud Germanos retinuit, & Italiam, Longobardiam, Siciliam, Calabriam & Apuliam cum ipso Arelatensi Regno complectebatur, ab aliquot jam seculis multum defecisse, animo verò excidisse Germanis recuperationem amissorum vix crediderim, ut non habeat Gallus scriptor, de quo exagitet Germanorum Imperium; Dei voluntate mox cadunt Regna, mox ad primam originem & florem facile revertuntur; certè Caroli V. temporibus de recuperandâ Italiâ & rescindendis ibi temerarijs & inconsideratè gestis Wenceslai, ignavi illius Imperatoris, seriò actum esse subindicat Harum. Maurus *in Coronat. Caroli V.* ubi Italiam *avitam possessionem*, regni legitimum domicilium & Imperii sedem rectè nominat. Sed non est, quid impedierit saluberrimi istius consilij executionem. Sunt etiam nonnulli Scritores, qui nescio quâ præcipitantiâ coronationē Lombardicam & Romanam in desvetudinem abijsse pronunciant, quorum in numero est Carpzovius *de L. Reg. Germ. c. 11. sect. 10. n. 11.* Sed refutantur ex ipsis Imperatorum Capitulationibus, quæ semper *Regia & Imperialis Corona* distinctam faciunt mentionem, *vid. Capitul. Ferdinand. IV. artic. 37.* Wir sollen vnd wollen auch die Römische Königl. Cron/wie vns als erwehlten Röm. König wohl zimt/empfangen/wenigers auch nicht vns zu Empfahung der NB. Kayserlichen Cron befordern. Ecquid enim quilibet Electus se obligaret Electoribus de adhibendâ diligentiâ pro consequenda Coronâ Imperiali, si in desvetudinem abijsse verum esset coronationem Pontificiam? Certè ejusmodi obligationem dicis causâ Capitulationibus insertam verisimile non est, cùm ex jure communi notum sit, in obligationibus nullum verbum debere stare otiosum. Verum quidem est, multos Coronam Romanam non suscepisse hactenus, qui tamen optimi fuerint & à Pontificibus ipsis agniti Imperatores, ejusq; rei causam non unam conjecturantur prudentes. Imò & id verum est, Electores vanam & frustraneam sæpiùs judicasse Pontificis Coronationem, nimirum quoad retinendum dogma de confirmatione Imperatoris per coronationē Papalem, ut § *adiu.* 1. pluribus est expositū, sed exinde nondū sequitur Coronationem Pontificis boni ominis ergò prorsus esse intermittendam, quod rectè etiam observavit Limnæus *in Annotament. ad Capitulat. Caroli V. artic. 30.* verb. zum besten befleissigen. *& in addit. ad l. 2. Iur publ. c. 4. n. 89.* Usum hujus coronationis & effectum indicat Carolus V. R. A. 1521. §. vnd als wir. nimirum fieri istam coronationem in laudem Dei, & Imperij salutem, seq; ideò suscepisse iter Romam, ut ablata Imperio recuperentur, Nescio proinde accedere opinioni Reinkingij, quasi expeditiones & contributiones Romanæ, die Römerzüge facta sint ad pompam & ostentationem. Hodie, ut jam dixi, Imperatori per Ponti-

nam

num Rheni præfertur Corona Germanica, cui de cætero, si à Pontifice fuerit coronatus, adhuc dum in signum superioritatis & juris Imperio competentis præferenda esset corona etiam Lombardica. Est autem Corona Imperialis *clausa*, ad differentiam *apertæ*, quæ *Regalis* appellatur, Carol. Paschal. *l.9. de Coron.* 18. Limnæus 2. *Jur. publ.* 4. *n.*17. Adde de modo & ritu coronandi, quem Pontifices observant, de præcedentibus item & subsequentibus Coronationem Imperialem. Majol. 2. *dier. Canicul. colloq.* 6. P. de Andlo. 2. *de Imp. Rom. cap.* 6. ibique in Notis Freherus.

procedat) Imperatrix ordine condecenti in solenni processione collocatur post Regem Bohemiæ; gaudet enim Augusta privilegijs mariti Augusti. *l. bene à Zenone. Cod. de quadr. præscript.* quod jus ad ministros Augustæ extendit Lucas de Penna *in l.*3. *Cod. de præpos. sacr. cubic.* ut ijsdem sc. privilegijs gaudeant, quà pollent Ministri Imperatoris. De Coronatione Imperatricis, ejusq; Augustalibus Insignijs vid. M. Freher. ad P. de Andlo *lib.*2. *c.*7. *& libr. Ceremon. Rom. cap.* 5. Carol. Paschal. *lib.*10. *Coronar. c.*8. Carpzov. *de L. Reg. Germ. c.*11. *sect.*11. ubi simul actum Coronationis Reginæ *A.*1636. ponit.

Ad tit. XXVII.

curias suas celebraverit) Vox Curia multiplici significatu in jure invenitur, vel enim 1. accipitur pro Prætorio seu Palatio publica, ubi jus dicitur. *l. fin. Cod. de Offic. rector. prov.* unde Curia judicum. *l. si quando cod. de appell.* maximorum. *Nov.*105. *c.*2. § 3. Curia Romana, Stylus curiæ: & vulgaris versiculus, *Curia jus servat, meretrix est* curia *dicta*. Vel 2. sumitur pro fisco. *l.* 1. *Cod. de sent. Præf. Prætor.* ubi sententia lata legitur pro curiâ *i.e.* fisco. Vel 3. pro Curiâ Principis *l.*3. *Cod. de silent.* aut 4. pro territorio, quæ acceptio est juris feudalis, ubi feudum aliud dicitur esse *in Curte* vel curiâ, vel *extra curtem*, notante Boccero *de qual. & diff. feud. c.*4. *n.*43. *& seqq.* Hinc *Pares curiæ* vocantur vasalli, qui in illius territorio possident feuda, ita dicti, quod sint Pares inter se respectu ejusdem Curiæ. Duaren. *de feud. c.*7. *n.*3. Alio deniq; sensu capitur in A. Bullâ, ubi Curia idem significat quod *Comitia*, & *Curiam celebrare* est *instituere Comitia*.

distribuet) Officium Saxoniæ Electoris in Curijs solennibus est, ab avenæ acervo mensuram argenteam cum baculo 12. marcarum accipere avenæ plenam, & famulo primitùs venienti eandem ministrare. Sunt verò & alia, quæ Electori Saxoniæ competant, & exponuntur à Limnæo. 3. *Jur. Publ.* 10. *n.*19. *& seqq.*

Ad Tit. XXVIII.

præscriptus) Consecratio mensæ Imperialis ab Ecclesiasticis Electoribus eo fit

ſit ordine, quo quis prior conſecratus eſt. P. de Andlo 2.*c.*15. Unde hîc placet diſferentiam notare Eccleſiaſticorũ à Secularibus: quamvis enim illi æquè Jus habeant mittendi Legatos ad Electionem, hereditarijs tamen ſub officialibus deſtituuntur, atq; adeò ea quæ ſunt ordinis, & Typariorum geſtationem publicam alijs committere nequeunt, ſed abſente uno præſens qui eſt ea peragit, in tantum, ut Capitulum quod de cætero idem poteſt quod Epiſcopus, excludatur. Baxtorf. ad *A.B. concluſ.* 15 *lit.* C.

equitando) Inſtitutionem ArchiCancellariorum Imperij circa tempora Ottonis Magni ortam notat Marqu. Freher. *ad P. de Andlo. l.* 2. *cap.* 1. *pag.* 151. *ex Panvinio.* ubi ſimul alia notabilia de Cancellarijs ponit; ſed quando hæc dignitas ad certos Archi-Epiſcopatus fuerit reſtricta non conſtare fatetur Conring. *Acroam. de Elector.* egitq; ſat eruditè de Archi Cancellarijs & Archi Cancellariatu Bernard. à Mallincrot. *ex Decan. Monaſter.* Inter cætera ad munus Cancellarij *Sigilli cuſtodia* pertinet, atq; eo ipſo excelſa officij dignitas luceſcit. Carolus Magnus ſigillum nemini concredidiſſe, ſed in capulo gladij legitur geſſiſſe, ſine dubio ratus, nõ minorem ſigilli quam Mucronis in quo corporis tutela conſiſtit, curam & cuſtodiam deberi. *Struk. in Carol. Magn.* Subſequentibus autem temporibus cuſtodia Sigilli Cancellarijs concredita, & Cancellarius Aulæ Archi Cancellario præſenti tradit Sigilla, qui ritu antiquo ad pectus uſq; de collo ſuſpenſum ſigillum Imperiale in Comitijs ideò geſtat, ut hac ceremonia admoneatur, nihil eo ſignari aut confirmari debere, niſi quod intimo cordis ſinu complexum atq; totius animi ſententiâ ratum & comprobatum habetur, quodq; nullo modo retractatum aut refutatum velit unquam. Kirchner. in Morviller. *l.* 4. *c.* 2. *n.* 71. Quæri autem ſolet; An dignitas Cancellarii ab antiquis hucusq; temporibus rectè ſit collata perſonis Eccleſiaſticis? Ratio dubitandi eſt, quòd officium illud ſeculi fluctibus pleniſſimum, & confirmandæ ſæpè ſigillo ſint literæ, quibus ſangvis humanus per poteſtatem ſeculi effunditur, cujusmodi ſangvinolentis negocijs Clerici ſub pœnâ excommunicationis interesse prohibentur. Quanquã verò Decretis Gratiani hoc ita ſit ſtatutum, tamen retrò ſeculis Cancellariorum munere Clerici leguntur functi, idq; vel eo defectum, quod iſtâ ætate omnis literatura in clauſtris Monachorum hæſerit. Kirchner. *in Morviller. l.* 1. *cap.* 12. *n.* 19. vel ex devotione antiquorum erga religionem & religioſos, Seld. *in conſil.* von der Kayſ. Maj. Wahl und Hoheit. *pag.* 17. Ex hoc hodiè dubio caret, cum Archi Epiſcopi ratione officiorum Electoralium non reputentur ut Clerici, ſed ut Imperij Principes. Mynſing. 5 *obſ.* 58. Archi Cancellarius per Germaniam audit Moguntinus, Colonienſis per Italiam, & Trevirenſis per regnum Arelatenſe, quod ſeculo XI Germaniæ jungi cæpit, & inde comprehendit,

prehendit, Lotharingiam, Brabantiam & Burgundiam; ex quo vel solo satis apparet de jure Imperii in Italiam & Arelatense regnum. vid. Conring. de *finib. Imp. c. 24. & hinc inde.* Nec est, quod quis moveatur P. Gregorii auctoritate, qui illudens juribus Imperii Germanici, *6. de Republ. 13. n. 25.* Moguntinum nomine Germaniæ, Coloniensem nomine Italiæ, & Trevirensem nomine Galliæ eligere somniavit, unde etiam Car. Paschalius forte *l. 10. Coronar. c. 7.* regna illa Germaniæ, Italiæ & Arelatense, quorum nomine tot Coronis insigniatur Imperator, fictitia esse commentus est; Siquidem hæc vel invidia aut ignorantia historiarum ita proferuntur, & ex parte refutantur à Limnæo. *in addit. ad l. 1. Iur. publ. cap. 2. pag. 109.* Et sicubi Gallicis scriptoribus fictitia sunt Regna Germaniæ, Italiæ & Arelatense, quid causæ est cur tot millionibus pugnent Reges Galliæ de invadendis & subjugandis istis regnis? *Ad. §. deinde cum duob. §§. seqq.*

Quilibet Electorum peculiare in Curia Imperiali obtinet officium, quæ jam tempore Francorum ac Ottonum in usu fuisse comprobat Lehman. *lib. 2. Chron. Spir. per aliquot capita & lib. 5. c. 3.* sed ista ætate officia non fuere hereditaria, nisi quod Lehman. *d. l. 5. cap. 16. circa fin.* ex M. Frehero affirmat Henricum. II. Episcopo Bambergensi hoc dedisse privilegium, ut ab eo in feudum acciperentur hæc officia: Hinc Conring. *Acroam. de Germ. Imp. Elector.* fortassis evenisse putat; ut tum temporis officia hæc in Electorum familiis cœperint esse hereditaria.

Ad. §. sicut a.

Falkenstein) hodiè subofficiarius Brandenburgic. est Hohenzollern.

de Nordenberg) hodiè in istius locum successit der Erbtruchseß von Waldburg. Cumque Palatinus Rheni institutum octavum Electoratum cum officio Archi-Thesaurarii exerceat, in ejus sub officiarium selegit familiam Comitum de Synzendorf, exque iis *in A. 1653.* consensu Imperatoris & Electorum de officio investivit fratres Georgium Ludovicum, Cameræ Imperialis Aulicæ Præsidem, & Joan. Joachimum Consiliarum Imperii Aulicum, de Synzendorf.

sic tollat in præmissis & fructum) Disputatum sæpè est, an absente Electore seculari, huius officium in Coronationis actu administretur per Legatum absentis, an per subofficialem? Sed disputatio-

tatione non opus, cum A. Bulla absenti Electori dilucidè surroget subofficiales, non legatos, neque etiam proinde cum Goldasto, Carpzovio & aliis huius quæstionis ex actuum observantia opus erit decisionem accersere, ubi enim jus clarum est & lex apertè loquitur, ibi observantia non attenditur. Marpurgens *vol.4.consil.43.n.36.& seqq.* Imò in tantum A. Bulla excludit Electorum Legatos ab Officiorum Electoralium administratione, ut absentibus subofficialibus Electorum ea cura pertinere dicatur ad Regalis curiæ quotidianos ministros, qui vice absentium in officio communicant; Rectè hinc notant nonnulli, doctrinam officiorum dispesci 1. In die obriste Ertz- vnd Churämbter. 2. In die Erb- vnd Afterämbter. 3. In die Tägliche Hoffämbter. vid Discursum anonymi *de Officiis hereditariis aulicis* apud Arumæum. *cap. 6. de comitiis*, ubi plura de hac quæstione continentur. Sanè illud non magnoperè repugno, Electoris absentis Legatum nonnunquam ea peregisse, quæ propriè officio hereditario non cohærent, ut est prælatio insignium, quanquam Carpzov. *de L. Reg. Germ. 11. sect. 10.* notet, coronatione Ferdinandi III. Mareschallum de Papenheim ensem nudum prætulisse, Legato Saxonico in suo ordine incedente; quod rursus ex Theatro Europæo D. Schüz. *vol. 1 disp. 7. th. 24. lit f.* ita exponit, daß der Chursächsische Gesandte das Schwerdt in der Scheiden suo ordine getragen/der Marschall von Papenheim aber immediatè ante Cæsarem das blosse Schwerdt vorgetragen habe.

Ad §. Imperialis, cum duobus §§ seqq.

Solent exagitare nonnulli accuratas illas ceremonias, queis Imperatoriam Majestatem condecorari ab Electoribus jusserit Carolus eundo, equitando, prandendo, & quòd hodiè Imperatori reverentiæ titularis tribuatur plurimum, obedientiæ parum aut nihil. Sed non est quod taxetur in Carolo, habet quodlibet Regnum suas laudabiles consuetudines, ritus ac ceremonias, quos utique par est quàm exactissimè observari: Obedientia Magistratibus debita exaruit penè ubique, nec Imperio nostro solùm includitur id malum. Interim non est videndum quid fiat, sed quid fieri debeat. Curiosioribus ne quid desit, placuit notare, quo ritu in Coronatione Matthiæ Imperatoris *A.* 1612. apparata fuerit mensa, & quinam Electores ac Principes inservierint tùm Imperatori.

Schema

Schema menſarum in Coronatione Matthiæ Anno 1612. d. 24. Junii.

Matthias Imperator

Moguntinus Joan. Svikardus.

Ferdinandus Colonienſis

Lotharius Trevirenſis

Palatinus Joannes Adminiſtrator

Joan-Georgius Saxo

Saxones Brandeburgici. Duces Würtebergici. Badenſ. Luneb Holſat.

Joan Caſ.	Ioan Erneſt.	Ioachim. Erneſtus	Georg. Wilhel.	Ioan Frider.	Ludov. Frider.	Iul. Frid.	Georg. Frider.	Auguſt.	Albert.

Tabula Principum

Georg. Guſtav.	Frider. Caſim.	Frider. Ulric.	Mauritius	Ludovic.	Philipp.	Frideric.	Chriſtian.	Ioachimus Erneſtus.

Palatini Brunſvv. Haſſiæ Landgravij Principes Anhaltini.

Quo aliàs apparatu, atque magnificentia Carolus V. Aquisgrani ſolenne convivium concelebrarit, exactè deſcribit H. Maurus *in Coronat. Caroli V.* ubi abſentium quoque Electorum menſas ſtratas juxta A.B. tenorem, ſed eduliis vacuas memorat, & Regis quidem Boëmiæ menſam è latere dextro, loco ſecundo ſtratam ponit, additque interfuiſſe convivio iſti nonnullos Epiſcopos, Conſiliarios item Regios, & Civitatum Aquisgranenſis, Colonienſis ac Norinbergenſis Magiſtratus ac Legatos, omnes menſis ſeparatis exceptos, Aquam pelvi aurea Regiis manibus miniſtraſſe inquit Brandeburgicum, tenuiſſeque Comitem Palatinum aliosque Principes aſtantes mappam.

Ad §. invenimus.

celebraretur Electio) Ante A. Bullæ tempora locum eligendi Regem meri fuisse arbitrii aliàs diximus, nam Henricus II. Moguntiæ, Henricus III. Aquisgrani, Henricus V. Coloniæ sunt electi. Onupr. Panvin. *l. 3. de Imp. Rom.* Krantz. *l.* 4. *c.* 10. Paralip. ad Urspergens. *in Henrico Luzelb.* Aventin. 5. *Annal. fol.* 471. donec Carolus IV. ex singulari benevolentia, qua Francofurtum civitatem complexus est, eo loci electiones Regum constituit fieri. Seb. Munster. 3. *Germ.* Quanquam enim Arnolphus. I. Fridericus Barbarossa, Rudolph. I. Albertus. I. Alphonsus denique & Ludovicus Bavarus ante A. Bullam Francofurti electi fuerint, observantia tamen ratione loci juxta Munsterum fuit varia. Fieri autem hodie electio regulariter debet Francofurti, & quidem sub præjudicio nullitatis. Fr. Marc. *part* 2. *Decis.* 559. *n.* 2. Refert quidem Hart. Maurus *in histor. de Coronat. Caroli V.* Carolum IV. ea, quæ de Electionis loco statuta sunt, contraria sanctione A. C. 1363. palam rescidisse; Summa, ut ait, ratione, quia è Majestate tanti Imperii non sit, ut Principes semper circa Rheni margines hæreant immobiles, fierique possit ut Imperator cum Electoribus procul in hostili degat solo, adeo dissito, ut intra præfinita bullæ tempora nullo pacto Francofurdiam attingere possint ad eligendum, si Imperator forte in fata concedat. Addit tamen, Majorum morem non esse temere mutandum. Si subindicat Maurus, ex justa causa licere mutare locum Electionis & Coronationis, res in plano est, neque n. hactenus de rescissione, quã nominat, A. Bullæ constat alia, nisi de limitatione, quæ mox sequitur in textu.

prima Coronatio Aquisgrani.) Hoc ita in memoriam Caroli M. videtur constitutum,

Hoc sibi prima loco veluti cunabula Regni
Carolus esse volens, magna cum Francia Regi
Utraq; serviret, primam gestare coronam.
Jussit, & in sacra Regem ibi sede locari.

canit *Gunth. Ligur. lib.* 1. Prima hæc coronatio consuevit Aquisgrani fieri usq; ad Caroli V. tempora. R. A. 1521. *pr.* Unser Crönung zu vorderst der Statt Aach/wie sich dann inhalt der Gülden Bull und der heiligen Gesetz gebührt/empfangen haben. A Caroli V. temporibus hucusque ex certa & justa causa ac Electorum dispensatione Coronationes alibi factæ sunt, salva tamen semper A. Bullæ dispositione & Aquisgranensium jure. Coronam

hanc

hanc Germanicam ferream nonnulli somniarunt, sed est ex auro puro confectam præter alios docet H. Maurus, *in Coronat. Caroli V.* ubi, pudendum ait, passim in juris professorum commentariis eam ferream nominari, & probat Limnæus. 2, *Iur. publ.* 4 *n.* 35 *& seqq.* Altera Corona Mediolanensis, seu Lombardica argentea ab antiquis nonnullis fuisse describitur, unde commentum illud, quod auream tandem à Pontifice consequatur Rex, & sic demum fiat Imperator, originem desumsit. Sed fuisse Mediolanensem Coronam auream quoque, circulo autem inferiori ferreo aliquo intertextam, indeque *ferreæ* nomen apud scriptores nonnullos invenisse, ex Sigonio, & Azorio probat item Limnæus. *d. c.* 4. *n.* 48. *& seqq. & in addition. ibid. n.* 51. Neque Coronationem Pontificis tandem efficere Imperatorem, secus ac Innocentius olim sensit, jam supra suo loco firmavimus, & omninò verus est Hostiensis *de sacr. unct. cap.* 1. Coronationis Pontificiæ eam solum vim asserens, ut sancti Spiritus munera conferat, augeaturque interius, quod exterius unctio præsignat. Quin Hieronym. Balbus, Episcopus Gurcensis, *in libr. de Coronat.* ingenuè fassus est, simul atque Germanorum suffragiis designatus fuerit Cæsar, effici eum verum & legitimum Imperatorem, & inde incipere annos Imperii, atque eodem temporis vestigio posse, quæcunque sint potestatis Imperialis, adde Spigel *in not. ad Gunther. Ligur. libr.* 7 *pag.* 381. *& seqq.* Superiori seculo Carolus V. ultimus hactenus fuit, qui Bononiæ accepit Coronam Pontificiam. Rectè Gunther. Ligurin. *lib.* 6.

Ergò quid ad summum de regni jure, quid oro
Pontificem spectat? diadema capiti illa super se
Aspicit, excepto cælorum rege, potestas.
Ecclesiam regat ille suam, divinaque jura
Temperet, imperium nobis fiscique relinquat.

primæ Regalis Curia haberetur) Imperator in Indictione Comitiorum consensum Electorum requirere necesse habet, ut patet ex capitulationibus. Quæritur *idem an dicendum sit* ratione loci *Comitiorum?* Si excipias prima cujusque Imperatoris Comitia, in potestate Imperatoris libera erit nominare locum, quem pro commoditate sua velit, modò intra fines Imperii locus sit, Cap. Carol. V. art. 1. R. A. 1521. §. Und soll. Regulariter a. prima Comitia Norbergæ sunt celebranda.

legitimum obviaret) Loci mutatio, quoad electionem, Coronationem, & prima Comitia Imperatoris, permissa est ex justo ac legitimo impedimento, cuiusmodi est bellum, pestis, fluminum inundatio, aliæque causæ, similes gravissimæ: Ejusmodi tamen impedimentum necesse est ut approbent Electores; Limnæus. *l. 2. Iur. publ c. 3. n. 29.* D. Schüz. *vol. 1. de statu Rei. Rom disp 2. th. 10. lit f.* imò necesse cumprimis erit, ut consentiat Imperator ipse, Sic Carolus V. rogantibus Electoribus, ne ob pestis contagionem Aquisgrani coronam susciperet, annuere noluit, teste Casp. Ens. *de elect. Imper. cap. 4.* idque inductu Florentini Comitis de Egmund, qui legationem Electorum tùm præveniens, affirmarat Carolo, non tam latè sævire pestem, teste H. Mauro *in historia de Coronat. Caroli.* Idem tamen Carolus V, metu pestis prima Comitia habuit Wormatiis. R. A. 1521. *pr.* Maximilianus II. propter bella, Augustæ Vindelicorum, addita diligenti reservatione, id Noribergensibus fore absque præjudicio. R. A. 1566. §. Wiewol denn leglich. Coronationes & Electiones Imperatorum alibi factas suo diximus loco.

Ad §. quandocunque.

non sedebit) Est hic casus, quo officium perdit regula, ut Legatus Principis locum occupet, *l. 1. Cod. de offic. vicar.*

Ad Tit. XXIX.

aliquid largirentur.) Ut pro Investitura *Introitus* vel *Laudemium*, seu ut alii loqui malunt, *relevium* solvatur in Cancellaria Domini, id ex sola consuetudine vel pacto est, & juri feudali incognitum, quo cavetur, ut investitura fiat gratis, neque Vasallus tenetur ultra formulam, quam de fidelitate jurat. *c. 2. de nov. form fidel. 2. F. 7.* Guid. Pap. *decis. 425.* Schrader. *de feud. p. 6. c. 3. n. 24.* Huic juris feudalis dispositioni relicti sunt Electores Imperii Ecclesiastici & seculares, dum Investituram Electoratuum consequuntur, nisi ex liberalitate Officialibus largiri quid voluerint; omnis enim dispositio in alicujus favorem inducta tum demum operatur, si quis ea uti voluerit, Tiraquell. *in l. si unquam. verb. revertatur. nu. 10. Cod. de revoc. donat.* Est autem Laudemium, quod de consuetudine pro Investitura exsolvitur, aliud & diversum ab eo, quod de jure communi debe-

tur

tur pro rebus emphyteuticis in quinquagesima parte preti . *l. 3. ubi DD. Cod. de jur. emphyt.* & εἰσδυλικὸν vocatur a *Leone in Nov. 13.* de quo peculiariter & eleganter scripsit Dn. Fransky, Cancellarius aulæ Gothanæ, Fautor & Amicus honorandus.

marcas argenti) Jure Justinianeo *libra argenti*, seu *Marca* constituit 10. solidos. *l. un. Cod. de argent. pret. ubi gloss.* Hodiè iuxta Budelium, 1. *de re monet. c. 23. n. 12.* constituit novem Imperiales, vel ut autumat Alb. Brun. *de augm monet. pr. n. 7.* Octo Thaleros, quos Schvvanman. 2. *Process. 1. n. 3.* de Joachimicis explicat. Solent verò Principes investiri vel in Comitiis, ut superioribus seculis fieri consuevit, ubi apparuere Principes ipsi, vel in aula Imperatoris, ubi ut plurimum per Legatos accipiunt investituram. In Comitiis olim feuda Principum secularium concedi solita sunt sub vexillis, inde vulgò dicta, Fahnelehen; hodiè investiri solent sub gladio mit dem Schwerdt/ ita ut juramento fidelitatis præstito Legati deosculentur conum ensis, quem Mareschallus aulæ solet exhibere. Unde quæritur, an vexillorum usus & solennia hodiè ab usu recesserint? quod ductore A. Knichenio affirmant Reinking. 1. *de R. S. & E. cl. 4. cap. 16 n. 16.* Vultej. 1. *de Feud. 7. n. 29.* D. Schüz. *vol. 1. disp. 7. th. 18. lit. b.* Negat Limnæus, 4. *de Iur. publ. 7. n. 32. ibique in addit.* qui in arbitrio Principum esse defendit, velint ad majorem celebritatem & decorem in Comitiis feuda accipere, & vexilla Investituræ adhiberi necne; neque ex intermisso hactenus vexillorum usu solidè evinci posse, quasi ab usu recesserit prorsus consuetudo ista investiendi sub vexillis, multò minus legem abrogationis doceri ex eo, quod dentur exempla intermissi istius usus, nisi simul monstretur scientibus Principibus de abrogando vexillorum usu actum, & deliberatum esse. Huius ego sententiæ accedo ut veriori.

cum uno fertone) Germanica versio habet, vnnd einen Virdung. vox est barbara, ferax & frequens, ut Spigel. *in Lexic. verb.* Verton ait, Episcoporum ore, cum vix sit unus, qui noverit quid sit: Est autem quarta pars rerum Ecclesiasticarum, quæ cedit Episcopo. *cap. 30. caus. 12. quæst. 2.* & descendit vocula à vetusto Germanorum *Verton*, Werding/ quod hodiè dicitur Vierthel/ Vierzahl. M. Freher. *lib. 1. de re monet. cap. 2.* fertonem rectè exponit quadrantem marcæ, & notat Spi-

Spigel. *d.loc.* in antiquis instrumentis sæpe reperiri, Ein Weiten Wachs. adde Limnæum *in addit. ad l 4. Iur.publ.c.7.n.32.*

Consuevissent.) Omnes Imperii principes obstricti sunt ad Laudemii exsolutionem, nisi privilegio speciali ab isto onere liberentur, ut Archiduces Austriæ. Lim. 5. *Iur.publ. 1.n.31.*

Ad §. prædictarum.

reportabant) quomodo hodie laudemia solvantur & distribuantur docet Limnæus *in addition ad l. 4. Iur.publ.7.n.27.*

Ad Tit. XXX.

constituti.) Laudatur Rex Mithridates, quòd duarum & viginti nationum, quibus imperabat, exactè callueriti linguas, & responsum sine interprete vernaculo quibusque sermone dederit. D. Apostolus Paulus 1. *ad Cor.* 14. linguas jubet addiscere, ut intelligant audientes quod dicimus; *Si enim*, ait, *nescivero vocis virtutem, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus; & si tantum benedixeris spiritu, qui implet locum idiotæ, quomodo dicet* Amen *super tua benedictione, quoniam quid dicis nesciat?* Quanquam verò linguæ exoticæ & mores peregrini aliquando valdè obsint Reipublicæ, teste P. Gregorio *l.15. de republ.c.3.* id tamen quia ex abusu & accidenti, omninò ad utilitatem Reipublicæ pertinet diversarum linguarum notio Idem, *d.l.15.c.4.* Sic Carolus M. patrio sermone non contentus, peregrinis linguis operam impedit, in quibus Latinam ita didicit, ut æquè illa ac patria lingua orare sit solitus, teste Eginhardo. *de Vita & gest. Carol. Magn.* ubi simul, quod linguam græcam melius intelligere quam pronunciare potuerit. Commendatur verò præ aliis Maximilianus I. ob variarum linguarum peritiam, maximè Italicæ, quam præ reliquis amaverit, & quod in animo habuerit discere linguam Slavonicam, ut legitur *in ejus Orat. funebr.*

in Germanica) Autographum habet in Grammatica, unde vulgata editio vitiosa est & sequitur M. Frehero *ad h. locum.* Calvam quidem hanc interpretationem dicit Limnæus *in Annotam. ad artic. 14. Carol. V. p. 219.* eo quod Grãmatica non sit lingua ipsa, sed rectè loquendi scribendiq; linguam ratio Sed verò M. Freher *d.loc.* ex antiquissimis scriptoribus pluribus probat, Grammaticam sæpè poni pro peritia latini sermonis: addit

apud

veteres Germanos *Grammaticam* accipi *pro ipsâ lingvâ*, idq; pr[illegible] aliquo Sigismundi documento. Quin Vossius *sub init. libri de art. Gramm*[illegible] docet, vocem *Grammatices* extendi ad quamvis literaturæ peritiam.

erudiantur) Rectè Carolus Electorum filios in istiusmod[illegible] educari & imbui, quæ ad usum Imperij solent frequentari: neq; e[illegible] lingvarum cognitio vergere debet in præjudicium vernaculæ, in qua c[illegible] quoq; solet Majestas Imperij. Hinc legibus Imperij cautum, ne in peregrinâ lingvâ tractentur negocia Imperij, sed vernaculâ, aut si negocium concernat exteros, latinâ communi. *Capit. Carol. V. artic.* dazu in Schrifften. Quod ipsum tamen limitatum posteà in Capitul. Ferdin. IV. & alijs *art.* 42. Es wäre denn an Orten/ da gemeiniglich eine andere Sprache in Ubung wäre/ und im Gebrauch stünde. Fit hinc, ut Legatis exterorum, si non latinâ communi sed propriâ proponant negotia, responderi solitum sit lingvâ patria.

Ad §. hunc autem.

lingvis educari) Peregrinationes Principum juniorum arbitrio parentum rectè relinquit Carolus, neq; decidit rem periculosissimam. Sanè multi politicorum peregrinandi studium Principi viro non sine magnis rationibus sæpè dissvadent, utpote quo non nisi Ærarij subsidia solent exhauriri nullo cum fructu, corrumpuntur itidem mores patrij, & qvàm rarissimè evenire solet, ut ex peregrinatione redeat Princeps novitatibus peregrinorum non infectus. Machiavellus ad cujus nomen sæpè nauseare solent plurimi, 1. *disput. de Rep.* 55. in sola Germania extare adhuc antiquæ Romanorum virtutis & bonitatis insignia exempla ait, idq; obtigisse nobis propterea censet, *quod Germaniæ incolæ non conversati sint cum vicinis regionibus corruptissimis, sive Gallicis, sive Italicis, sive Hispanicis*, sed domi manserint, *contenti ijs cùm cibis, tùm vestimentis, quæ illorum terra suppeditat*, nec peregrinos didicerint mores. O si reviviscere s Machiavelle! videres mutasse genium Germanos; neq; enim hodiè Principibus placet, quod est de nativo solo, omne peregrinum extollunt: Detestatus jam olim est hos Principum juvenum mores Heresbach. *Consiliar. Iuliac. in libr. de instit. Princ. Cato*, inquit, *& alij veteres Romanæ integritatis viri querebantur cum externis disciplinis importari luxum. Ita nos dum peregrinis moribus studemus, quod illic discendum erat utile, negligimus, mollitiem, luxum, levitatem, aliosq; aliarum nationum mores reportamus, & quæ Majores nostri veluti petulantiam, mollitiem & thrasonicam levitatem abominabantur, ea nos Sybaritis molliores magnis impensis studiisq; comparamus*,

Q veteremq;

veteremq; illam Maiorum masculam, & multorum liter[is c]ommendatam virtutem reiicientes, externa In[dum]ia, religiones, & omnia turpitudinis genera [s]ubstituentes recepimus. Teste Aventino *l.* 4. dixit olim Carolus M. ad Germanos Gallico more incedentes. O ihr Teutschen/wie seyd ihr also unbesonnen vnd vnbeständig/daß ihr deren Kleidung/ die ihr überwunden habt/ deren ihr Herren seyd/annehmet? Ist nicht ein gut zeichen/bedeutet nichts guts. Ihr nehmet jhn ihre Kleidung so werden sie euch euer Hertz nehmen/was sollen diese welsche Flecken vnd Hadeln/ seynd weder für Hitze noch für Kält gut/ für Regen noch für Wind. Ließ demnach ein Landgebot außgehen/daß man solche Frantzösische Kleider in Teutschland weder kauffen noch verkauffen solt. Sapientissimus Hassiæ Landgravius Wilhelmus noluit filium Mauritium peregrinationum periculis objicere, ratus, satis domi exterorum Regnorum leges, statuta, mores, regionumq; abdita ac lingvas cum Socrate disci posse & eâdem diligentia assequi, ac si quis cum Ulysse circumquaq; fuerit peregrinatus; Hoc exemplum elegantissimè aliquando Oratione in Academia Marpurgensi proposuit Kirchnerus *vol.* 1. *Orat.* 6. addens, Mauritium nihilominus expeditiùs multò locutum fuisse lingvas peregrinas, quàm qui decennium foris versati. Florent in Germania lingvæ, Gallica, Italica, Hispanica, Polonica; florent artes, florent Martis studia, atq; omne id domi invenit ac habet Princeps, unde gloriæ consequendæ causa peregrinandi studium cum jactura salutis propriæ ac subditorum putaverat fortè subeundum. Sanè si justa ac necessaria causa, cum subditorum utilitate conjuncta, Principi viro imponeret aliquando peregrinationis onus ac pericula, id detrectandum non erit, sed pro salute populi subeundum certis sub cautionibus, quas prudens Princeps pro Status ratione observabit facilè: debet enim Principis peregrinatio non aliter nisi ad certum finem suscipi, eumq; publicè utilem, subditis ac Regioni proficuum, ac tantæ dignitati congruum. Aliàs si princeps vellet hispici eo nomine, quod multos populos & multas viderit urbes, id levitatis esset & gruibus commune, quò nobiles animos spectare non convenit. Inter justas peregrinandi causas sæpè matrimonii incundi negotium poni solet, ubi tamen maxima cautela est procedendum, ne in ludibrium deveniat Princeps, exemplo infelicissimi Caroli Stuardi apud Hispanos, de qua re vide novissimè P. Piasecium *in Chronic. gestor. in Europ. singular. sub A.* 1623. *p.* 363. *& seqq.* Adde de peregrinationibus Principum Steph. Pighium *in Hercule prodicio*, & Casp. Dernav *in Mercurio Nobili.*

in linguis valeant erudiri.) Ætas tenera Caroli judicio aptior est lingvarum cognitioni, siquidem provectiori ætate susceptus labor sæpè cedit infructuosus;

teste Eginhardo *in vita Caroli M.* in Henricum III, Galliæ Re[illegible] quidam tali scommate

Grammaticam exercet media Rex noster in aula,
Dicere jamque potest vir generosus, Amo.
Declinare cupit, verè declinat, & ille
Rex bis qui fuerat, fit modo Grammaticus.

Certè Reipublicæ plurimum interesse, ut Princeps juvenis rectè ex e[illegible] condigno educetur Cominæus. 2. *histor. cap. 6. ad fin.* optimè ostendit: quo pej[illegible]enim & negligentior est educatio, eò magis aliquando boni Reipublicæ mores [illegible]ntur, cum Principum vitia magis è mala proveniant educatione, quàm naturæ malitiâ. Instituenda autem est Principum educatio juxta artem Justiniani, nempe ut utrumq; armorum & pacis tempus rectè queant aliquando gubernare: hanc in rem consultius est consiliarios & fortes capitaneos adhibere, quam pædagogos Philosophastros. Hæc propria Germanorum Principum disciplina dum viguit, benè rem gesserunt, & vicerunt virtute verâ, inquit Besold. *de Educat. 1. cap. 3. n. 5.* Nimirum jactis, quantum par Principi juveni est, linguarum fundamentis, cognitione item historiarum, Ethices & Politices qualiquali comparatâ, cum primis autem religionis ac fidei articulis benè cognitis, institutio de cætero talis formanda erit, qualem ex Anceræo describit Limn. 2. *Iur. publ. 2. n. 98. in addit.* Scire debere Principes, in armamentarijs, in rerum quæ ad bellum necessariæ sunt, conditorijs, in consilio secretiori & status, in que alijs his similibus veras esse scholas juventutis principalis: literas verò aut scientias, in quibus ea erudienda, esse illam philosophiam & poesin, quæ vel olim lecta, proposita & usu observata in Rebuspublicis & Monarchijs illis, quæ præ cæteris fuerunt durabiliores, vel quæ quotidie hoc nostro ævo docentur in his, quæ optimè constitutæ sunt. Præceptores veri & convenientes erunt duces belli & armorum præfecti, nec non boni consiliarij Status. In stimulum atque excitamentum adhiberi debet rerum à Regibus, Monarchis, alijsve viris fortibus memorabiliter gestarum, inprimis autem quibus Majores Domus suæ heroicam laudem sibi paravêre, facinorum commemoratio. Hac in schola, hisque in scientijs si bene fundamenta sua jecerit Princeps, dignus candidatus erit, qui Imperatorium ambiat munus, dignus qui eligatur in Imperatorem. P. Gregorius Tholosan. optimè judicat, distinctam esse institutionem juvenis principis à principis jam adulti institutione; Utriusq; autem ait præceptores adhibendos, qui jam experti fuerint regimen, & qui experientiâ & prudentiâ jam comperta habeant, quæ sint utilia, quæve contraria saluti reipublicæ & Principis, Optimos nimirum consi-

liarios probatos & vita ac moribus, quales iusserit Deus Moysen sibi eligere ad levandum principatus laborem. *[illegible] Exp. 3. n. 6.* Digitum huc intendit Mecœnatis Oratio *pro Monarchia ad [illegible] apud Dionē. lib. 52.* Dum pueri sunt Principes, ait, ad scholas eant: ubi autem ad firmiorem ætatem pervenerint, equitare, armaq; tractare discant à magistris in hoc publico stipendio conductis. Hoc enim pacto a teneris edocti & exercitati in his omnibus, quæ in virili ætate gerenda sunt, post tibi erunt ad omnia munera utiliores. Optimum namque principem, non modò ipsum ea facere quæ decent, oportet: verum etiam ut alii omnes probi & fortes fiant providere. Henricum VI. puerum adhuc, sed virtutum paternarum [illegible] Guntherus Ligurin. *lib.* 1. tali producit in scenam carmine.

> ——— ——— *fortassis & ista*
> *Indolis acta tuæ, quæque ipse sequentibus annis*
> *Adjicies virtute tua, modo vivere detur,*
> *Et sceptris placuisse tuis Henrice canemus.*
> *O benè, quod talem divina potentia Regem*
> *Instituit qui sic studijs imbutus honestis*
> Novit ab insipido doctum secernere vulgo
> Jamque diu mutas solitasque silere Camœnas
> Excitat ad veterem digna mercede laborem.

Plagosi Orbilij & Hortensij exterminentur procul à Principum Juniorum schola ac institutione, ne aliquando de ijs idem conqueratur, quod de Petro (B) Engelberto, homine insulso, indocto ac spinoso, præceptore suo Maximilianum I. dixisse referunt historici. *Si hodie præceptor meus viveret, quanquam multa debeamus præceptoribus, efficerem, ut ipsum institutionis suæ puderet ac pœniteret.* Legatur in hanc rem optimus Satyricus Francion.


ATque sic habes, Amice Lector, meas in A. Bullam Notas: potuisset sæpè extendi materia, sed confido nucleum ubique suppeditasse: neq; etiam officij mei munera permiserunt, ut continua opera labor hic conficeretur, qui

planè

planè subcesivus est. Colophonis loco addam pauca de quaestione, Quatenus A. Bullae subiaceat mutationi? Sunt equidem, in mea opinione, leges regni fundamentales, qualis est A. Bulla, esse immutabiles, nec abrogari posse, idque probare videntur verba Caroli IV. in hac A. Bulla saepe repetita, quibus voluit perpetuò valituram legem condere *tit. 1. pr. tit. 8. tit. 9. & tit. 7. in fin.* Scilicet vera haec sunt ratione intentionis & constitutionis, nemo enim non cupit aut desiderat Rempublicam & Imperium in ordine perpetuum fore ac immutabile; atque hactenus etiam leges fundamentales, quibus Imperium aliquod magnum constituitur ac gubernatur, immutabiles sunt, ita ut regulariter semel decretum non revocetur, sed subsistat in ordine immotum. Quemadmodum verò Deus Opt. Max. gubernatione ac providentia sua communem ordinem & naturae seriem (quam regulariter sequi aliàs solet, ut hinc Scaliger Naturam definiat, quod sit ordinaria Dei potestas *exercit.* 188. *sect.* 1.) saepius tanquam author naturae negligit, & pro sapienti ac benigna sua omnipotentia, quicquid lubet, miraculose sistit ac efficit, quandoque etiam non secundum modum quem ipse promissis suis determinavit, agit: Ita pariter quoque saepè contingit in Republica, & Imperijs summis (quae sunt imago Dei & exemplar Dei in terris) ut quoties populi salus, publica utilitas, necessitas, justitiae ratio, aut alia similis postulat egregia causa, ut extraordinaria sublimiorique aliqua potestatis plenitudine cunctis sit consulendum, ab ipsis etiam legibus, quantumvis fundamentalibus ex parte recedatur ac dispensetur; quandoque etiam, necessitate ita ferente, illae penitus abrogentur. Solenim salus Imperij ac populi una illa & immutabilis lex est, cujus causâ mutationi omnes leges aliae subijciuntur, pariter ut nauclero certae leges dari nequeunt, quibus temperet maris impetum ac procellas. Atque hoc est, quod alij dicunt, Leges fundamentales subiacere Rationi Status, & mutari posse necessitate publicâ id exigete; ubi per Status Rationem aliud nihil intelligitur nisi Salus Reipublicae: sunt enim ac feruntur leges propter Rempublicam, & ut haec sit salva: non autem Respublica constituitur propter leges: atque ideò, qui ad clavum Reipublicae sedent & moderantur Imperium, videre debent, ne quid detrimenti capiat; etsi legum negligatur tenor. Innuit hoc Aristoteles. 3. *Republ.* 7. dum ait, Leges salutares valere oportet, eiusq; qui praeest, sive unus sit sive plures, summam in iis rebus esse potestatem. Sic apud Livium L. Valerius plebis tribunus rectè judicabat, ex his legibus quae perpetuae utilitatis

causæ in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere, nisi jam aut usus coarguit, aut Status Reipublicæ inutilem fecerit. 34. *histor.* neque enim tolerandum, ut quæ in utilitatem ac favorem Reip. sunt introducta, in odium ruinamque ejus retorqueantur, sed talis casus ubi evenerit & aliud remedium non supersit, potius pro salute Imperii destruendum est quod Majores ædificarunt, exemplo Theramenis apud Liv. *d. l.* 34. *histor.* qui Cleomeni objicienti, ecquid ipsum puderet muros dejicere, quos Themistocles invitis Spartanis exstruxisset. Ego vero, dicebat, nihil Themistocli contrarium facio; quos enim ille muros excitavit pro salute publica, hos ego ex eadem causa dejiciendos suadeo. Neque tamen hactenus dicta eò torquenda sunt, quasi licitum simul sit Imperanti, pro lubitu ac beneplacito leges Imperii fundamentales corrigere, & Rempublicam in statu suo convertere; hoc enim impotentiæ magis, quàm potestati esset adscribendum, & pariter ut homo se ipsum interficere seu destruere nequit, ita nec summus Princeps poterit convertere Reipublicæ constitutionem, legesq; fundamentales, quibus tēperatur Imperantis Majestas, & Imperium ipsum sub lege certa imperandi concreditum est; obtinent nimirum leges fundamentales vim pacti & obligationis, quibus vel solo gentium jure obstringitur Princeps. Pulchrè Bornitius *de Majestat. c. 9.* & alij multi hinc inde. Potius si quid circa leges fundamentales innovandum ac dispensandum aliquo extremo casu est, id omne dependet ex consensu eorum, qui Imperium constituunt & Imperatorem eligunt. *vid.* Limn. 1. *l. P. x1. n. 126. & seqq.* Carpzov. *de L. Reg. Germanor. c. 3. sect. 2. 3.* ubi simul habebis casus, quibus A. Bulla hodiè immutata sit, eos si omissos in his notis deprehendes, inde supple: Non inquiram verò nunc, an è republica Germanici Imperij factum sit aut adhuc fiat, quod A. Bullæ, aliarumque legum latarum tenor neque in essentialibus aut accidentalibus probè observetur: sicut enim temporum conditiones ac ludibria non examino, ita nec laudare possum (quod boni omnes vitio non vertent) modernos mores. Eò enim nunc res devenere Germaniæ, quia A. Bulla (addo cæteras leges Imperij) suo tenore, aut benevolentiâ, aut conniventiâ, atque dissimulatione Principum non semper observatur, ut H. Mauri judicio, sæpe de frivolis etiam rebus, Imperatori & Imperio (magno æmulorum ac exterorum commodo) adcrescat labor.

F I N I S.



Benevolo Lectori.

Denuò alloquor patientiam tuam, Amice Lector, ne offendiculo sint errata, quæ absente me commisit iniqua manus typothetæ: corriges ea legendo, & deprehendes pro humanitate tua, perfecto jam opere non potuisse poni medelam. Vale.